
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

1,-505

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 02051 0

+REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

1,-505

Progymnaſmatum Theologicorum

DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schleſvicenſium & Holſatorum
Ducis, Domini noſtri Clemen-
tiſsimi,
D. JOHANNIS ADOLPHI
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterij in dictis Duca-
tibus Candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON PRIMUS qui eſt Generall. I.
quo
adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Petrus Erici Sacellanus Egbecenſis voca-
tus ad Paſtoratum Havetoftenſem.

SLESVIGÆ MDCIII.

Olai Henrici Molleri
Hist. litt. Prof. publ. ord. Hafn. 1744.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

RELIGIONIS CHRISTIANÆ CAPITA PRIMARIA EX Articulis Confeſsionis Auguſtanæ.

1. Noſſe Deum, & bene poſſe mori ſapientia ſumma ſeu prima eſt. Merito igitur in doctrina Eccleſiæ à Deo initium facimus. Art. 1.

2. Eſt autem ſumma doctrinæ de unitate eſſentiæ Divinæ & de tribus perſonis expreſſa in decreto Nicænæ Synodi, quod verum & ſine ulla dubitatione credendum eſſe profitemur.

3. Videlicet, quod una eſt divina eſſentia, quæ & appellatur & eſt Deus, æternus, incorporeus, impartibilis, immenſa potentia, ſapientia, bonitate, creator & conſervator omnium rerum viſibilium & inviſibilium.

4. Et tamen tres ſunt perſonæ, ejusdem eſſentiæ, & potentiæ, & coæternæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

5. Perſonę appellationem ex more Eccleſiæ uſurpamus, atq; ea ſignificatione voce hac utimur, qua uſi ſunt in hac cauſſa ſcriptores Eccleſiaſtici, ut ſignificet non partem aut qualitatem in alio, ſed quod propriè ſubſiſtit.

6. Sejungimus igitur nos, & ab illis, qui plures Deos vel plura principia ponunt: & ab illis, qui ita unum Deum aſtruunt, ut plures perſonas negent, contendentes verbum & Spiritum Sanctum non eſſe perſonas diſtinctas, ſed verbi vocabulo ſignificari verbum vocale, voce autem ſpiritus motum in rebus creatum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Art. 2. 7. Quemadmodum vero bonum omne eſt communicativum: ita ſummum hoc bonum ex arcana ſua æternaq; ſede prodiens, præter & poſt reliquas creaturas hominem ad imaginem ſuam omnis peccati & labis expertem condidit, cui ſe ſuaq; bona communicat.

8. Verum ille in hac perfectione & integritate non perſtitit: quinimo de ſummo beatitudinis gradu, in extremam peccati ſervitutem & damnationem, ſe & totam poſteritatem lapſu triſtiſsimo præcipitavit.

9. Unde fit, ut nunc poſt lapſum Adæ omnes homines ſecundum naturam propagati, naſcantur cum peccato, hoc eſt, ſine metu Dei, ſine fiducia erga Deum, & cum concupiſcentia.

10. Qui morbus ſeu vitium originis verè peccatum eſt, damnans & afferens nunc quoq; æternam mortem, his qui non renaſcuntur per baptiſmum & Spiritum Sanctum.

Art. 18. 11. Ex modo dictis conſequitur, quid tum de juſtificatione hominis coram Deo (de qua poſtea) tum de libero arbitrio ſeu viribus humanis ſentiendum ſit.

12. Habet ſane humana voluntas libertatem aliquam ad efficiendam civilem juſticiam & deligendas res rationi ſubjectas: habet judicium rationis: poteſt externa opera aliquo modo efficere natura, poteſt continere manus à furto, à cæde, &c.

13. Interiores vero motus non poteſt efficere, ut timorem Dei, fiduciam erga Deum, caſtitatem, patientiam &c. nec habet vim ſine Spiritu Sancto efficiendæ juſticiæ Dei, ſeu juſticiæ ſpiritualis: ſed hæc fit in cordibus, cum per verbum Spiritus Sanctus concipitur.

14. Ani-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

14. Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, nec eſt idoneus in ijs, quæ ad Deum pertinent, uſque adeo totus per peccatum corruptus eſt.

15. Iſtius autem defectus, corruptionis, & peccati cauſſa haud quaquam Deus cenſendus eſt. Art. 19.

16. Tametſi enim naturam creat & conſervat: peccati tamen, quod naturæ inhæret, cauſſa eſt, malorum, videlicet Diaboli & impiorum voluntas, quæ non adjuvante Deo avertit ſe à Deo & peccato ſe polluit.

17. A quo horribili malo, peccato, inquam, originali, ejusq; fructibus, actualibus, ut & reatu, cum nulla ratione liberari miſerum genus humanum poſſet. Art. 3.

18. Verbum, hoc eſt Filius Dei, aſſumſit humanam naturam in utero Mariæ virginis, ut ſint duæ naturæ, Divina & humana, in unitate perſonæ inſeparabiliter conjunctæ: unus Chriſtus, verè Deus & verè homo: natus ex virgine Maria, verè paſſus, crucifixus, mortuus & ſepultus:

19. Ut reconciliaret nobis Patrem & hoſtia eſſet non tantum pro culpa originis, ſed etjam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

20. Idem deſcendit ad inferos, & verè reſurrexit tertia die.

21. Deinde aſcendit ad cœlos, ut ſedeat ad dexteram Patris, & perpetuo regnet & dominetur omnibus creaturis, ſanctificet credentes in ipſum miſſo in corda eorum Spiritu Sancto, qui regat, conſoletur, ac vivificet eos, ac defendat adverſus Diabolum & vim peccati.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Art. 21. 22. Hunc unum Chriſtum nobis ſcriptura propo-
nit Mediatorem, Propiciatorium, Pontificem & in-
terceſſorem, qui & invocandus eſt, & promiſit ſe
exauditurum eſſe preces noſtras, neq; in conſortium
hujus officij & gloriæ ſuæ quenquam ſanctorum ad-
mittit.

Art. 4. 23. Non itaq; poſſunt homines à peccatis & morte
liberari, aut coram Deo juſtificari, vel proprijs, vel
conductitijs viribus, meritis aut operibus:

24. Sed juſtificantur gratis propter Chriſtum per
fidem, cum credunt ſe in gratiam recipi, & peccata
ſibi remitti propter Chriſtum, qui ſua morte pro no-
ſtris peccatis ſatisfecit.

25. Hanc enim fidem imputat Deus pro juſticia co-
ram ipſo.

Art. 5. 26. Hanc vero fidem ut conſequamur, inſtitutum
eſt miniſterium docendi Evangelij & porrigendi Sa-
cramena.

27. Contingit enim Spiritus Sanctus non ſine ver-
bo externo hominibus per ipſorum præparationes &
opera: Sed per verbum & Sacramenta, tanquam per
inſtrumenta, donatur.

28. Is Fidem efficit, ubi & quando viſum eſt Deo,
in ijs qui audiunt Evangelium. Cujus ſumma eſt, quod
Deus non propter noſtra merita, ſed propter Chri-
ſtum juſtificet & ſalute donet hos qui credunt ſe pro-
pter Chriſtum in gratiam recipi.

Art. 6. 29. Debet autem fides illa juſtificans non eſſe ocio-
ſa ſed bonos fructus parere.

30. Oportet enim bona opera mandata à Deo face-
re propter voluntatem Dei.

31. Unde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

31. Unde apparet doctrinam noſtram non prohi- Art. 20.
bere bona opera, quin potius ſuo loco utiliter concionari de omnibus vitæ generibus & officijs, quæ vitæ genera, quæ opera in qualibet vocatione Deo placeant.

32. Addimus autem opera noſtra non poſſe Deum reconciliare aut gratiam mereri.

33. Cum enim Chriſtus ſolus ſit poſitus mediator & propiciator ſolaq; fide apprehendatur: conſpicuum eſt omnes, qui operibus juſtificationem venantur ſine fide, Chriſti meritum & gratiam aſpernari, & ſine Chriſto humanis viribus viam ad Deum, quæ nulla datur, quærere.

34. Neq; poſſunt conſcientiæ reddi tranquillæ per ulla opera, ſed tantum cum fide certo ſtatuunt ſe propter Chriſtum habere placatum Deum.

35. Fidem enim hic intelligimus non quæ tantum hiſtoriam credit, ſed etjam vera fiducia Mediatoris beneficia ſibi applicat.

36. Et quia per hanc fidem accipitur Spiritus Sanctus, jam corda, quæ ſine illo plena impijs affectibus ſunt, & in poteſtate Diaboli, qui eos ad varia peccata impellit, renovantur & novos affectus induunt, ut parere bona opera poſsint.

37. Tantum igitur abeſt prohiberi doctrina fidei bona opera, ut potius ſtatuendum ſit eâ ſolâ doceri, quod & quomodo fieri debeant & poſsint.

38. Neq; eſt hæc Theologia nova, ſed & veteres ſcriptores Eccleſiaſtici idem docuerunt, ſonuitq; hæc doctrina ſemper in cœtu Chriſtiano: atq; omnia vera Ec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ra Eccleſiæ membra omnibus temporibus ita credide-
runt, & illa fide ſunt juſtificati & ſalvati.

Art.7. 39. Quid igitur eſt hæc de qua loqueris Eccleſia? Eſt congregatio Sanctorum in qua Evangelium rectè docetur, & rectè adminiſtrantur Sacramenta.

40. Quæ vna ſancta Eccleſia nunquam interitura ſed perpetuo manſura eſt.

41. Ad veram ejus unitatem ſatis eſt conſentire de doctrina Evangelij & adminiſtratione Sacramentorum: neq; eſt neceſſe ſimiles ubiq; eſſe traditiones humanas ſeu ritus aut ceremonias ab hominibus inſtitutas,

Art.8. 42. Ubi notandum, cum in hac vita multi hypocritæ & mali, Eccleſiæ, quæ propriè congregatio eſt Sanctorum & verè credentium, admixti ſint: licere uti miniſterio malorum in Eccleſia, ſeu licere uti Sacramentis, quæ per malos adminiſtrantur.

43. Neq; ſentiendum eſt miniſterium malorum inutile & inefficax eſſe. Sunt enim Sacramenta & verbum propter ordinationem & mandatum Chriſti efficacia etjamſi per malos exhibeantur.

Art.14. 44. Et quia de miniſterio ſeu ordine Eccleſiaſtico divinitus inſtituto loquimur, addendum eſt, quod nemo debeat in Eccleſia publicè docere aut Sacramenta adminiſtrare, niſi ritè vocatus.

Art.15. 45. Ritus Eccleſiaſticos quod attinet, illi ſervandi ſunt, qui ſine peccato ſervari poſſunt, & ad tranquillitatem bonumq; ordinem in Eccleſia proſunt.

46. Ita tamen ne conſcientiæ onerentur, tanquam talis cultus ad ſalutem neceſſarius ſit.

47. Et ſi quid traditionum humanarum ad placandum

dum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

dum Deum, ad promerendam gratiam & ſatisfaciendum pro peccatis inſtitutum ſit, hoc ipſum Evangelio & doctrinæ fidei adverſatur.

48. Diximus de Eccleſia. Verum præter regimen Eccleſiaſticum alijs etjam ordinibus vita hæc hominum externa opus habet, ſtatu nimirum Politico, Oeconomico &c. & ad illos pertinente magiſtratu, alijsq; rebus civilibus, quæ Evangelio non adverſantur. Art. 16.

49. Hoc enim licet doceat juſticiam æternam cordis, non tamen improbat aut diſsipat politiam & œconomiam: Sed maximè poſtulat conſervare eas tanquam ordinationes Dei, & in illis excercere, ſecundum verbum, fidem, charitatem, obedientiam debitam & piam &c.

50. Sunt igitur legitimæ ordinationes civiles bona opera Dei, quibus Chriſtianis uti licet, ſalva fide & conſcientia.

51. Neq; collocanda eſt Evangelica perfectio in deſerendis civilibus officijs, ſed in timore Dei & fide.

52. In notis Eccleſiæ etjam Sacramenta poſuimus, de quorum uſu tenendum eſt, quod inſtituta ſint, non modo ut ſint notæ profeſsionis inter homines: Art. 13.

53. Sed magis ut ſint ſigna & teſtimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam & confirmandam fidem in his qui utuntur propoſita.

54. Ita ergo Sacramentis utendum eſt, ut fides accedat, quæ credat promiſsionibus, quæ per Sacramenta exhibentur & oſtenduntur.

55. Minimè enim ex opere operato juſtificant, ſed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

fides in illorum uſu requiritur, quæ credat remitti peccata.

Art. 9. 56. De baptiſmo docemus per illum offerri gratiam Dei, ideoq; ad ſalutem eſſe neceſſarium.

57. Docemus item quod pueri baptizandi ſint, quodq; per baptiſmum oblati Deo recipiantur in gratiam Dei. Neq; ſentimus cum illis, qui puerorum baptiſmum improbant, & pueros ſine baptiſmo ſalvos fieri affirmant.

Art. 10. 58. De cœna Domini certa & immota veritas eſt, quod corpus & ſanguis Chriſti verè adſint & diſtribuantur veſcentibus in cœna Domini: & improbantur ſecus docentes

Art. 11. 59. Cœnæ Dominicæ ſumtionem in Eccleſijs noſtris antecedit confeſsio, & abſolutio privata, quam multis de cauſsis retinendam docemus, etſi ſimul oſtendimus, non eſſe omnium delictorum enumerationem, quæ & impoſsibilis eſt, neceſſariam in confeſsione.

60. Ut vero erroneum eſt aſſeverare ſemel juſtificatos non poſſe amittere Spiritum Sanctum, & quibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non poſsint:

61. Ita certum eſt quod lapſis poſt baptiſmum contingere poſsit remiſsio peccatorum, quocunq; tempore, cum convertuntur: debetq; Eccleſia impertiri abſolutionem redeuntibus ad pœnitentiam.

Art. 12. 62. Conſtat autem pœnitentia propriè his duabus partibus. Altera eſt contritio ſeu terrores incuſsi conſcientiæ agnito peccato.

63. Al-

63. Altera eſt fides, quæ concipitur ex Evangelio, & credit propter Chriſtum remitti peccata, & conſolatur conſcientiam, & ex terroribus liberat.

64. Deinde ſequi debent bona opera, quæ ſunt fructus pœnitentiæ.

65. De canonicis ſatisfactionibus ad redimendas pœnas æternas aut purgatorij neceſſarijs ne jota quidem habet ſcriptura.

66. Addimus Colophonem his omnibus aſſerentes quod Filius hominis in conſummatione mundi palam redibit ſeu apparebit ad judicandũ, & reſuſcitatis omnibus mortuis, dabit vitam æternam & perpetua gaudia pijs & electis: Impios autem ac Diabolos, ut ſine fine crucientur, condemnabit. Art. 17.

67. Hæc fere ſumma eſt doctrinæ quam ſonamus, cætera ab hac diſſonantia miſſa facientes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterij indictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ
pietatis exercendæ
diligentiæ acuendæ
ſcientiæ augendæ
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON SECUNDUS qui eſt Generall. 2.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Georgius Seckmannus Plönenſis, vocatus
ad Sacellanatum, ut vulgo nominant,
Milſtedenſem.

SLESVIGÆ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

DOCTRINAE CHRISTIANÆ SYNOPSIS EX CATEchetico libello in Scholis uſitato.

1. Theologia Chriſtiana eſt Doctrina de eſſentia, voluntate, operibus, beneficijs & cultibus Dei, in verbo ipſius patefacta, per quam ad ſalutem hominum verè efficax eſt. Proleg.

2. Metæ illius intra duo præcipua capita, quæ ſunt Lex & Evangelium, concluduntur: ex quibus ceu fontibus omnes reliqui loci, quos quidem decem, ſine ſuperſtitione, numero & ordine non inconvenienti, Catecheſis conſtituit, emanant.

3. Praxis doctrinæ hiſce capitibus comprehenſæ eſt Religio Chriſtiana, quæ multis modis ab omnibus alijs religionum formis differt, noticia & cultu veri Dei, unici Mediatoris, præcipuarum virtutum, &c.

4. Eſt ſane hominum mentibus aliqua Dei rerumq; Divinarum noticia innata: præter quod naturale Religionis ſemen cordibus inſitum abundè etjam Deus ſe hominibus in mundi opificio manifeſtavit:

5. Verum illa ipſa noticia in homine cerrupto ita partim inſcitia partim malitia depravata eſt, ut non niſi ſuperſtitionum & falſarum Religionum genitrix per accidens exiſtat.

6. Quo fit, ut omnino opus ſit certo expreſſoq; Dei verbo per Prophetas & Apoſtolos tradito & ſacrâ ſcripturâ comprehenſo.

7. Habet hæc Deum ipſum hominibus ſe patefacientem authorem, unde ejus dependet ceititudo im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

mota, & authoritas infallibilis, quæ teſtimonio Spiritus Sancti in cordibus noſtris ſancitur.

8. Accedunt κριτήρια alia: Miraculorum Divinorum numeroſa varietas: verbi hujus indubitata antiquitas: vaticiniorum illuſtrium mirabili complemento infallibiliter demonſtrata veritas: Rerum arcanarum & rationi humanæ ignotarum cœleſtis majeſtas: Dogmatum inter ſe dulciſsima harmonia omni ex parte conſpirantium perfecta & abſoluta integritas.

9. Et præter hæc: Eccleſiæ perpetua in fundamento unico Jeſu Chriſto conſenſio: admiranda tum doctrinæ, tum illi addictorum contra Diabolum acerbiſsimo odio & illam & hos infeſtantis conſervatio: Seriei annorum mundi, Eccleſiæ & Doctorum jucundiſsima obſeruatio: tum indubia per ſanguinem Martyrum & interitum perſecutorum facta teſtificatio.

10. Porro vera & ſalutaris doctrinæ hujus ab omnibus Chriſtianis maximè vero Philotheologis, tum in Scholis, tum alibi ſedulo ſerioq; diſcendæ cognitio, ardenti & quotidiana invocatione, ſtudioſa & indeſeſſa meditatione (quæ octo præcipuè regulis gubernanda) piæ deniq; experientiæ continua exercitatione, comparatur.

Loc. 1 11. Ad locos ipſos tranſeuntes unde rectius quam ab ipſo Deo, quo nihil prius, nihil ſublimius, ad cujus agnitionem cultum & ſervitium omnia condita, auſpicabimur?

12. Eſt itaq; Deus eſſentia ſpiritualis, intelligens, unica, æterna, bona, verax, juſta, miſericors, immenſæ ſapientiæ & potentiæ, liberrimæ voluntatis & poteſtatis;

13. Eſtq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

13. Eſtq; Deus Pater, Filius & Spiritus Sanctus: qui tres ſunt hypoſtaſes ſeu perſonæ diſtinctæ, quarum unaquæq; eſt Deus: neq; tamen tres ſunt Dij, ſed ſunt unus ille verus Deus, qui in ſcripturis Jehovah nominatur:

14. Vocabulum hypoſtaſis ſeu perſonæ hoc loco ſignificat ſubſtantiam individuam, intelligentem, incommunicabilem, non ſuſtentatam in alio.

15. Differunt inter ſe tres hæ perſonæ: quod Pater eſt à nullo: Filius à Patre per generationem: Spiritus Sanctus à Patre & Filio per proceſsionem: utramq; illam quidem æternam, incomprehenſibilem, ineffabilem, incomparabilem, adorandam potius quam ſcrutandam.

16. Eſtq; in hac Trinitate nihil prius aut poſterius, nihil majus aut minus: Sed totæ hæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales, earumq; una divinitas, æqualis gloria, & coæterna majeſtas.

17. Patefactio earum ad nos conſtat: tum operibus creationis, miraculorum, redemptionis, ſanctificationis &c. quæ quoniam ad extra ſunt, indiviſa & communia ſunt (ſervata cujusq; perſonæ proprietate) tum manifeſtatione in baptiſmo Chriſti & inſtitutione noſtri facta: tum generaliter toto verbo, juxta quod ſolum agnoſci vult & coli Deus.

18. Pater igitur eſt prima perſona, ex & à quo ſunt omnia etjam Filius & Spiritus Sanctus, cum quibus omnes res condidit & conſervat, donans Filium redemptorem, & cum Filio & propter illum mittens Spiritum Sanctum ſanctificatorem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

19. Filius eſt ſecunda perſona, ſubſtantialis effigies Patris ab æterno ab ipſo genita, qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis & homo factus eſt, traditus propter peccata noſtra, & reſuſcitatus propter juſticiam noſtram.

20. Quod admirandum opus nominatur incarnatio. Secunda enim hæc Divinitatis perſona λόγος (ita nominata, tum quod Patris æterni ſapientiam, bonitatem ac eſſentiam integrè referat: Tum quod verbum Evangelij patefecerit, repetiverit & per illud ſemper efficaciter operetur) aſſumſit ex ſubſtantia virginis Mariæ veram naturam humanam, eamq; perſonali unione ſibi copulavit:

21. Ita ut ſit una perſona noſter mediator, redemptor, juſtificator & ſalvator, reconcilians Deum, & ſufficienti λύτρῳ placata juſtiſsima ira Dei adverſus peccatum, æternam juſticiam & vitam reſtituat.

22. Hoc enim officio mediatoris inter Deum & nos ut fungi poſſet, talem perſonam eum eſſe oportuit, Deum, inquam, & hominem, ut morte ſua, quam nec ſolus Deus ſentire, nec ſolus homo ſuperare potuiſſet, Deum hominibus reconciliaret: Tum hominem, ut juſticiæ Dei ſatisfaceret & homini prodeſſet: Deum, ut λύτρον ſatis precioſum & pondéroſum exhiberet.

23. Dicitur hæc perſona Immanuel: quia noſter totus & nobis per omnia, peccato excepto, ſimilis, caro de carne noſtra & os ex oſsibus noſtris: quia pro nobis intercedit & ſolvit: quia in nobis habitat: quia nobiſcum ſeu apud nos eſt, nobiſq; in omnibus periculis præſens opitulatur.

24. Di-

24. Dicitur Jeſus quod ſalutis author ſit, tum merito, tum efficacia.

25. Dicitur Chriſtus ob duplex præcipuè muneris genus: ſacerdotale & regium.

26. Eſt enim ſummus ſacerdos noſter, nos docens, pro nobis deprecans, ipſum ſe Patri in victimam offerens, nobisq; benedicens.

27. Rex noſter eſt, regnum habens ſpirituale, verbo & ſpiritu ſuos regens, bona neceſſaria impertiens, adverſus injurias defendens, hoſtes reprimens & puniens, tandem in illuſtri ſuo adventu deletis prorſus hoſtibus omnibus Eccleſiam in plenariam regni beatitudinisq; cœleſtis poſſeſsionem introducturus.

28. Ex modo dictis, quam multiplex ſit inter hunc Chriſtum noſtrum & ſanctos omnes, tum perſonæ, tum officij, tum efficaciæ, tum peccati reſpectu, diſcrimen, ita eſt conſpicuum, ut prolixiore declaratione non ſit opus.

29. Spiritus Sanctus eſt tertia perſona divinitatis, ab æterno à Patre & Filio procedens, qui in creatione fovit & vivificavit res omnes, cujus ſuperventu mediator incarnatus eſt, & mittitur ad Eccleſiam, ut miniſterium docendi gubernet, Chriſtum clarificet, omnem veritatem monſtret, corda ad ſalutem regeneret, ſanctificet, teſtimonio gratiæ obſignet, preces cum voluntate Dei congruentes excitet, ſapientiam cœleſtem, conſolationem, fidem, patientiam, læticiam, conſtantiam, charitatem, aliaq; id genus dona ſuppeditet.

30. Hactenus doctrina de Deo, cujus uſus in hoc conſiſtit, ut Deum rectè agnitum & fide apprehen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſum, colamus, tum alijs pietatis officijs: tum præcipuè quotidiana & ardenti invocatione.

31. Ea eſt oratio, qua quis vera in Chriſtum fide à Deo omnis generis bona cum verbo ipſius congruentia petit, contra vero mala deprecatur, & pro bonis collatis, malisq; ablatis gratias agit.

32. Leges precandi primariæ ſunt: ut ſolus verus Deus, ſicut ſe patefecit, conveniatur: animus debita majeſtatis divinæ reverentia imbuatur: cor mandati promiſsionisq; divinæ contemplatione fulciatur: omnis propriæ dignitatis & meriti perſvaſio exuatur: verus miſeriæ noſtræ ſenſus, & humilis atq; ingenua peccatorum confeſsio, veniæq; petitio aſſumatur: fiducia favoris Dei in Jeſu Chriſto certa & rata fundamentum omnium ſubſtruatur: neceſsitas tum propria tum proximi veris gemitibus exponatur: divino arbitrio res omnis in temporalibus permittatur: precum exauditio non ſenſu ſemper ſed fide concludatur: rationis noſtræ latratus multiplex verbi freno conſtanter & perſeveranter compeſcatur: gratiarum actio perpetuo præeat & ſequatur.

Loc. 2. 33. Primus effectus quo ſe Deus homini patefecit eſt opus creationis. Proximum ergo locum hæc doctrina obtinet.

34. Eſt autem creatio actio externa Dei, qua Pater cum Filio & Spiritu Sancto, benigniſsima voluntate, ſex dierum ſpacio, omnes creaturas ex nihilo fabricavit, conſilio ſuo, ut æternam ſibi Eccleſiam colligeret, eſſetq; hæc naturæ univerſitas Theatrum & Schola ſapientiæ, bonitatis, præſentiæ & omnipoten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

potentiæ divinæ, Deum opificem nobis exhibendo, tum gloriæ ipſius mutuisq; utilitatibus ſerviendo.

35. Non autem tantum condidit, ſed & conſervat Deus & ſuſtentat res creatas, & præcipuè curat genus humanum, omnia proſpicit, cernit & gubernat, civilem ſocietatem cuſtodit, juſtos ornat, ſceleratos punit, bona adjuvat, mala pœnæ quidem immittit, culpæ vero permittit, terminos ac metas conſtituens, atq; ita omnia & ſingula ad gloriam ſuam, & credentium ſalutem, pro beneplacito ſuo, nobis quidem ſæpe incognito, ſemper tamen optimo regit & dirigit.

36. Creaturæ Dei rationales angeli ſunt & homines.

37. Angeli omnes initio creati ſunt Spiritus boni ornati à Deo veritate, juſticia, ſapientia, potentia, ut Deum in æternum celebrarent & miniſtri eſſent generis humani.

38. Lapſus autem immenſæ multitudinis diſcrevit eos in bonos & malos.

39. Angeli boni ſunt qui perſtiterunt in veritate, donis & officio, ſuntq; in ijs confirmati & coronati, Deum celebrantes, mandata ejus expedientes, & pro Eccleſia ſingulisq; pijs excubantes.

40. Angeli mali ſunt Diaboli ſeu Spiritus immundi, qui per defectionem voluntariam à Deo, ſua integritate exciderunt, facti ex bonis mali, ex amicis hoſtes virulentiſsimi Dei & hominum, mendaces & homicidæ, qui genus humanum deceptum & à Deo avulſum præcipitarunt in peccatum & mortem, & ad

omnis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

omnis generis peccata & calamitates quotidie impellunt, permittente hanc tyrannidem & reprimente Deo, qui illos in fine ſeculi cum impijs hominibus in æternos cruciatus abjiciet.

41. Homo eſt ſubſtantia creata à Deo, ad imaginem ipſius, ut ipſum agnoſcat & celebret, conſtans corpore & anima immortali.

42. Corpus ſuis integratur partibus, quales ſunt tres ventres & membra extrema.

43. Anima rationalis (de facultatibus enim reliquis, utpote vegetativa, locomotiva, appetente, ſentiente, alibi) complectitur mentem cognoſcentem, ratiocinantem & judicantem. Deinde voluntatem eligentem, expetentem & rejicientem, & imperantem externis membris ad faciendum vel omittendum. Hæc comites habet affectus cordis proſequentes vel fugientes objectum oblatum.

44. Imago Dei, ad quam hominem creatum diximus, erat virium hominis jam dictarum omnium cum archetypo ſeu ipſo Deo ſimilitudo ſeu conformitas, perfectio & integritas, cum imperio in terris ſummo, & dulciſsima Divinæ conſuetudinis fruitione perpetua.

45. Abuſus autem homo primæva voluntatis ſuæ libertate, ſeductione ſerpentis, Dei mandatum transgreſſus, Dei imaginem & hanc juſticiam atq; integritatem originalem amiſit.

46. Hinc corruptio omnium virium hominis ſecuta eſt, ſic ut arbitrium ejus (qua voce generaliter mentis, voluntatis, & affectuum vires accipimus)

quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

quod ante lapſum fuit liberum & perfectum, multis jam modis depravatum ſit & ſervum: in civilibus quidem externis, & rationis humanæ judicio ſubjectis aliquale, mutilum tamen, variisq; impedimentis revinctum & conſtrictum: in ſpiritualibus autem propriè ſic dictis per ſe cæcum, captivum, imo mortuum.

47. Inſtauratur autem hæc imago per verbum & Spiritum Sanctum regenerantem & inſtaurantem vires collapſas, ut renati ex aqua & ſpiritu renoventur in agnitionem Dei, & novum hominem induant, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſticia & ſanctitate vera: conſummabitur hæc reſtitutio in vita æterna.

Ad ſequentes locos pergemus proximè.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterij in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ
pietatis exercendæ
diligentiæ acuendæ
ſcientiæ augendæ
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum

AGON TERTIUS qui eſt Generall. 3.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit

Andreas Sagittarius Northeimenſis voca-
tus ad Sacellanatum Bopteenſem
in Nortſtrandia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

SYNOPSIOS CATECHETICÆ SUPERIUS COEPTÆ continuatio.

1. Imaginis divinæ idea in lege expreſſa eſt, quæ Lo oſtendit, & quid illa fuerit, & in quam tetram corruptionem, quæ peccatum una voce nominatur, homo inciderit. Itaq; poſt conſideratam hanc Dei Imaginem, de lege dicendum, quæ nos in peccati agnitionem deducit.

2. Etſi autem de Decalogo præcipuè agendum, quia tamen etjam aliarum legum mentio facienda, legem Dei Moſaicam paulo generalius definimus, doctrinam à Deo per Moſen datam populo Iſraelitico, qua oſtendit quomodo vellet coli.

3. Eſtq; hæc triplex: Judicialis, ceremonialis, moralis.

4. Judiciales ſeu forenſes ſunt leges de rebus civilibus, jure contractuum, pœnis delinquentium, rebusq; alijs ad forum pertinentibus, in politia Moſis, latæ in hunc finem, ut juſticia & tranquillitas publica vigeat, Deiq; mandatis religioſè obſequium præſtetur.

5. Ceremoniales ſeu Eccleſiaſticæ ſunt de ritibus Eccleſiæ Leviticæ inſtitutis ad cultum Dei externum, & populum de ratione ſalutis æternæ per Chriſtum conſequendæ typicè erudiendum.

6. Morales ſunt leges de natura & moribus ſeu vitijs internis & externis ſingulorum perpetuis, tum erga Deum, tum erga proximum. Huc definitio Catechetica.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

7. Cumq; ſapientiæ & juſticiæ divinæ in lege expreſſæ radij in mentes humanas in prima creatione derivati ſint, qui etjam in lapſu non prorſus extincti, inde Legis Naturæ appellatio orta eſt.

8. Differt hæc Lex divina ab humanis poſitivis, quod hæ mutabiles ſunt, illa æterna & immota: hæ certos homines, illa omnes: hæ ad externam obedientiam, illa ad internam & perfectiſsimam: hæ ad corporales: illa ad æternas pœnas obligat.

9. De legis abrogatione ſic habendum. Legibus forenſibus magiſtratus & populus Chriſtianus non tenetur, cum politia Moſaica, ad quam continendam & ab alijs gentibus diſtinguendam datæ & latæ erant, abolita ſit. Quatenus tamen ratio finis & Scopus in nonnullis perpetuus eſt, non malè leges civiles & politicæ etjam hodie illis ſe accommodant.

10. Ceremoniales, quia Chriſtum præfigurabant, ejusq; ſacerdotium pingebant, & pædagogi inſtar populum rudem regebant: apparet jam imagine viva atq; expreſſa exhibita umbras illas ac figuras legales abolitas, & pædagogum illum ſuo munere perfunctum eſſe.

11. Moralis autem lex æternam continet juſticiæ regulam, requirentem Dei & proximi dilectionem, quæ officia hominis perpetua ſunt: ideoq; abrogata dici nequit.

12. Quocirca Servator veniſſe ſe dicit, non ut legem ſolveret, ſed impleret, quod ipſum præſtitit, perfectam obedientiam exhibendo, pœnam lege decretam ſubeundo, legis germanum ſenſum docendo, novam obedientiam cum lege congruentem per Spiritum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ritum Sanctum in credentibus efficiendo, ſuam deniq; obedientiam & ſatisfactionem impertiendo.

13. Cujus merito impetratum, ut fideles à legis maledictione ſeu obligatione ad æternas pœnas liberati, & ſic illis lex moralis etjam ex parte abrogata ſit, quod beneficium ad libertatem Chriſtianam pertinet.

14. Quæ nequaquam ſic dicitur, quod ſit licentia faciendi quicquid libet: manet enim æterna & immota ad obedientiam Deo præſtandam obligatio.

15. Verum hiſce partibus ſeu gradibus conſtat: Liberatione à peccato, ira Dei, maledictione & damnatione: vivificatione cordis per Spiritum Sanctum ob Filium Liberatorem donatum: Immunitate & abſolutione à neceſsitate obſervandi ceremonias & ſtatuta forenſia in lege præcepta: Deniq; exemptione conſcientiarum fidelium ex poteſtate hominum in rebus adiaphoris extra caſum ſcandali, aliamve circumſtantiam neceſſariam.

16. Summa legis Moralis in Decalogum collecta eſt, conſtantem decem ſententijs, pro quarum explicatione generatim notandum: ex interdictis vitiorum mandata virtutum contrariarum, & contra: Similiter ex ſpecie una genus univerſum: ex factis externis, interna, conſilia, conatus, cupiditates, inclinationes, media, modos, cauſas, effectus, affectus, defectus, &c. & contra intelligenda, colligenda, & ſimul comprehendenda eſſe.

17. Etſi vero nemo hominum poſt lapſum, legem Dei obedientiam perfectiſsimam, puriſsimam, pleniſsimam, eamq; perpetuam requirentem implere poſsit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

18. Nequaquam tamen lex ſupervacanea eſt, verum præter cæteros tres primarios uſus habet.

19. Primus Politicus eſt, nimirum gubernatio morum & conſervatio honeſtæ diſciplinæ, quam vult Deus etjam à non renatis præſtari, qui eam utcunq; exhibere ſeu efficere poſſunt, etſi varia ejus occurrant impedimenta.

20. Secundus Spiritualis, arguere & damnare propter peccatum omnes, eosq; ſub peccato concludere, ut agnito morbo medicum quærant, & oſtenſa miſeria miſericordiam Dei deſiderent.

21. Tertius, docere renatos quæ bona opera Deus flagitet, in quides fides exercenda. Dicatur hic ſane didacticus vel Moralis.

Loc. 4 22. Peccatum cujus agnitio ex lege proficiſcitur eſt naturæ actionisve ab ejus præſcripto diſcrepantia: defectus nimirum, vel inclinatio, vel affectus, vel actio cum norma legis pugnans, promerens Dei iram & æternas pœnas, niſi fiat remiſsio propter Chriſtum.

23. Peccati cauſa nequaquam Deus eſt, ut qui id nec approbat, nec vult, nec ad id impellit, quin potius ſeveriſsimè prohibet, odit, & punit: Sed libera voluntas Diaboli & hominis liberè ſe à Deo avertens & in infinitam peccati & pœnæ telam ſe conjiciens.

24. Genera peccati duo ſunt. Originale, quod inde ab origine conceptionis hæret in natura: videlicet, deſtructio imaginis Dei & depravatio omnium virium, vehementer & indeſinenter nitens in contraria legi, ſecuta lapſum Adæ.

25. Act-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

25. Actuale eſt actio interna vel externa mentis, voluntatis, cordis, aut externorum membrorum, cogitatio, affectus, conatus, verbum, factum. Fructus hic eſt peccati originalis.

26. Dividitur etjam peccatum in veniale & mortale, non quod ullum peccatum æternæ mortis meritum non habeat per ſe: Sic enim omnia ſunt mortalia, ſicut & in incredulis omnia ſunt & manent mortalia.

27. At reſpectu renatorum venialia dicuntur malum originis, & multa peccata ignorantiæ, omiſsionis, & commiſsionis, quibus tamen credentes repugnant Spiritu, militautes bonam militiam, habentes fidem & bonam conſcientiam, quibus reatus remittitur propter Chriſtum.

28. Mortalia ſunt in lapſis, qui antea fuerant renati, delicta contra conſcientiam, facta à ſcientibus & volentibus, propter quæ amittit homo gratiam Dei, & Spiritum Sanctum.

29. Peccatum in Spiritum Sanctum eſt veritatem agnitam & in conſcientia lucentem oppugnare, Mediatorem unicum repudiare, atq; in illo furore, gratiæ contemptu, & deſperatione ad finem uſq; impœnitenter perſeverare.

30. Quærenda nunc erit contra peccati morbum Loc. 5.
& iniquitatem ex lege patefactam, medela & juſticia ex doctrina Evangelij.

31. Lætum hoc eſt nuncium, quo Deus per & propter Filium gratis promittit remiſsionem peccatorum, Juſticiam, Spiritum Sanctum, & vitam æter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

nam omnibus agentibus pœnitentiam & fide hæc bona amplectentibus.

32. Differt à lege: noticia, genere doctrinæ, objectis, ſubjectis, promiſsionibus, effectibus, &c.

33. Quas differentias illuſtrant etjam diſcrimina veteris & novi Teſtamenti: item Spiritus & literæ.

34. Ex deſcriptione Evangelij jam patet veræ juſtificationis noſtræ ratio, quæ cauſarum enumeratione erit illuſtrior.

35. Cauſa efficiens principalis impulſiva eſt gratia ſeu miſericordia gratuita Dei nihil in homine meriti aut dignitatis invenientis, ſed à ſeipſo cauſam petentis, cur reo peccatori propitius fiat.

36. Impulſiva promerens eſt ſatisfactio Chriſti, obedientia ſcilicet quam Patri præſtitit pro nobis legem implens & pœnas ſuſtinens.

37. Forma eſt ipſa peccatorum remiſsio, meriti Chriſti imputatio, & ad vitam æternam acceptatio.

38. Inſtrumentalis eſt fides, qua Chriſti meritum & juſticiam nobis, ac ſi eam nos præſtitiſſemus, applicamus.

39. Unde liquet, quare & quomodo fides juſtificare dicatur: nimirum, quod oblatam in Evangelio juſticiam recipiat & amplectatur: unicum quippe medium, quo miſer peccator in converſione ſtans in judicio Dei, gratiam ejus in Chriſto promiſſam apprehendit, & ſic juſticia Chriſti veſtitus in Dei conſpectu non peccator, ſed tanquam juſtus apparet.

40. Propoſitio igitur: fide ſumus juſti: non abſolutè ſed correlativè eſt intelligenda, & propterea illâ

ſcriptu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſcriptura utitur, ut utrunq; breviſsimè enunciet: tum quæ ſit cauſa ſeu meritum juſtificationis, tum quomodo applicari atq; ad nos transferri debeat.

41. Quod vero excluſivâ ſola utimur, ex ſcriptura didicimus, quæ nobis affatim eam offert in æquipollentibus, gratis, per gratiam, ſine lege, ſine operibus legis, non ex operibus, non niſi ex fide, &c.

42. Excluſivæ ſunt & dicuntur, non quod excludant miſericordiam Dei, meritum Chriſti, aut alias cauſas verbo expreſſas: ſed excludunt tantum noſtra opera, eorumq; neceſsitatem, ex numero cauſarum, non tamen ex effectis juſtificationis.

43. Bona enim opera ſequuntur juſtificatum, non antecedunt juſtificandum. Et fides nunquam eſt ſola, ſemper tamen juſtificat ſola.

44. Damus ſane, non aliam fidem, quam quæ charitate efficax eſt, juſtificare: ſed fidem, vel ab illa vim ſumere, aut unà cum illa juſtificare, id vero eſt quod conſtanter ſcriptura duce pernegamus.

45. Neq; vero poſſumus excluſivas earumq; ſententiam deſerere. Niſi enim eæ puræ putæ retineantur, & juſticia non niſi gratuita, ſola fide accipienda, ſtatuatur: nec verbo divino illibata veritas, nec medii applicativi ſolitaria unitas, nec Deo ſolida gloria, nec Chriſto proprius ac debitus honor, nec conſcientijs certa conſolatio, nec legis Evangeliiq; diſcrimen, nec invocationis certitudo, nec ſufficientes contra adverſarios nervi conſtabunt.

46. Præ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

46. Prætereundum autem hoc loco minimè fuerit, hæc quæ de ſolius fidei Chriſtum apprehendentis juſtificatione aſſervimus, non ſolum de juſtificationis principio, verum etiam progreſſu perpetuo accipienda eſſe.

47. Non enim ſtatuendum eſt nos poſt primam converſionem ſeu juſtificationem, partim fide, partim operibus conjunctim Deo placere, ſed propter ſolum Chriſtum fide juſtos eſſe in principio medio & fine.

48. Fines ſeu fructus juſtificationis bonorum tum privativorum tum poſitivorum cumulus inexhauſtus: liberatio à peccato, ira Dei, maledictione legis, poteſtate Diaboli, inferni & mortis: donatio vitæ æternæ, inhabitatio Dei in nobis per Spiritum Sanctum arrhabonem hæreditatis noſtræ dantem teſtimonium Spiritui noſtro, quod ſimus filij Dei, pax & tranquillitas conſcientiæ lætiſsima, in Deo acquieſcens, totiusq; hominis renovatio ad benè operandum.

49. Facile ex his colligi poteſt, tum quæ ſit inter juſtificationem, regenerationem, & renovationem differentia, tum noſtræ doctrinæ à ſententia pontificiorum diſcrepantia.

De reliquis proximè σὺν θεῷ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON QUARTUS qui eſt Generall. 4.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Johannes Gericius Rolſchovienſis vocatus
ad Sacellanatum Hatſtedienſem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

LOCORUM CATECHETI-CORUM POSTERIORUM quinq; σωματοποίησις.

Thes. 1. Poſt doctrinam juſtificationis pergimus ad bona opera, quæ ſunt à Deo mandatæ actiones mentis, voluntatis internarum & externarum facultatum & membrorum, factæ à renatis & fide juſtificatis, juxta Dei verbum. Loc. 6.

2. Eſſe ea neceſſaria, ſeu neceſſario præſtanda, liquet: ex mandato: ex debito, creationis, conſervationis, redemptionis, regenerationis, juſtificationis, renovationis &c. tum finibus jamjam enumerandis.

3. Species operum bonorum juxta ſeriem præceptorum utriuſq; tabulæ Decalogi commodiſsimè diſtribui poſſunt.

4. Gradus eorum tres ſtatuuntur, primus motuum interiorum: ſecundus operum externorum: tertius ceremoniarum & adiaphororum.

5. Cauſæ efficientes bonorum operum in renatis hæ concurrunt: verbum Dei docens: Spiritus Sanctus fidem excitans, & movens adjuvans ac impellens infirmam voluntatem & naturam, ut Deo obedire velit & poſsit: ſtudium & conatus mentis & voluntatis renatæ fidelium.

6. Etſi autem opera ipſa ſint imperfecta, multisq; ſordibus inhærentibus inquinata: placent tamen Deo propter Chriſtum fide apprehenſum, in quo ſolo & perſona & opera accepta ſunt.

7. Fines nequaquam ſunt meritum gratiæ Dei & vitæ æternæ: ſed gloria Dei, obedientia & honor ipſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

debitus, teſtificatio fidei & converſionis, proximi ſervitium & commodum, aliorum ad veram pœnitentiam & ſimile pietatis ſtudium invitatio, gratiæ Dei, Spiritus Sancti & hæreditatis cœleſtis excutiendæ metus, conſcientiæ fiducia, pœnarum averſio, præmiorum conſecutio &c.

8. Dictis modo rectè conſideratis eluceſcit diſcrimen inter bona opera Chriſtianorum & virtutes Ethnicorum multiplex.

Loc. 7. 9. Addidit autem Deus verbo pro ſua in procuranda hominum ſalute ſolicitudine ſigilla certa, quibus bona cœleſtia offeruntur, donantur applicantur & obſignantur.

10. Dicta ea ſunt Sacramenta, actiones nimirum ſacræ, inſtitutione certa & adminiſtratione ritus præſcripti cum ſanctione & promiſsione annexa conſtantes.

11. Cujusmodi in novo Teſtamento duo ſunt.

12. Baptiſmus Sacramentum initiationis, quo abluitur homo vivens aqua cum integra pronunciatione verborum: ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti.

13. Quibus verbis duæ præcipuæ cauſæ baptiſmi efficiens & finis exhibentur. Oſtenditur enim ablui hominem mandato, authoritate & loco Unius Trini Dei, qui ſuper baptizatum invocatur, à quo remiſsis peccatis in gratiam & fœdus æternum recipitur, cum Chriſto unitur, illiq; inſeritur, Spiritu Sancto regenerante & ſanctificante donatur & obſignatur: atq; ita ad agnitionem, invocationem, glorificationem & miniſterium hujus unici & veri Dei conſecratur.

14. In-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

14. Infantes quod attinet, cum ſalutis promiſsio & baptiſmi inſtitutio ſit univerſalis: cumq; in ſpecie de pueris præceptum extet, ut ad Chriſtum veniant nec prohibeantur: & promiſsio, talium eſſe regnum cœlorum, quod tamen, teſte Chriſto, extra aquæ & Spiritus renaſcentiam non contingit: cumq; fide illos deſtitui aſſerendum non ſit: ut taceam circumciſionis parem rationem, minimè à baptiſmo eos arcendos aut excludendos docemus.

15. Alterum novi Teſtamenti Sacramentum eſt Cœna Domini, actio à Chriſto ſancita, in qua, recitata ejus inſtitutione, ſumto pane & vino, ſumitur verum corpus & ſanguis ipſius, à dignis quidem ad ſalutem, indignis vero ad judicium propter ipſorum incredulitatem.

16. Fines ſeu uſus inſtitutæ cœnæ multi ſunt verſiculis vetuſtis ſic expreſsi:

Inflammat, meminit, ſuſtentat, roborat, auget,
Cœna hæc ſpem, purgat, reficit, vitam dat, & unit
Confirmat fidem, minuit fomitemq; remittit.

17. Ipſa porro Sacramenta à ſacrificijs evidenter differunt, in quorum genere propriè loquendo minimè ponenda erunt, niſi ex fine aliquo quadamtenus ad evchariſtica referre placeat.

18. Sequitur locus de pœnitentia ſeu converſione ad Deum, qui eſt repetitio, applicatio & praxis locorum ſuperiorum fere omnium. Loc. 8.

19. Eſt autem pœnitentia, ſicut eam uſitatè ex partibus deſcribimus, contritio ſeu verus pavor ſeu dolor conſcientiæ, & ſenſus iræ Dei, propter peccata ex lege agnita, eorundemq; ingenua confeſsio & ſeria

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

deteſtatio: & fides ſeu vivifica conſolatio in corde, ſtatuente placatam eſſe iram Dei adverſus peccata, propter Chriſtum pro nobis mortuum & reſuſcitatum, & ſibi propter ipſum peccata remitti, ſeq; Deo placere. Hanc excipit nova obedientia, non peccans amplius contra conſcientiam, ſed faciens veros & dignos pœnitentiæ fructus, & omnia vitæ conſilia, actionesq; ita regens, ut cum voluntate & verbo Dei congruant.

20. Ad pœnitentiam ſerio & quotidie agendam impellere ſingulos debent, mandati divini ſeveritas, clementiæ & miſericordiæ divinæ largitas, promiſsionum etjam jurejurando ſancitarum ubertas, Patris cœleſtis longanimitas, peccatorum atrocitas, pœnarum gravitas, præmiorum infinitas, mortis Filij Dei & legaliter & Evangelicè conſideratæ ponderoſitas, mortis extremiq; diei ſingulis momentis expectandi infallibilitas &c.

21. Efficit veram converſionem Spiritus Sanctus, accendens per legis prædicationem veram contritionem, per Evangelij vocem ſuavem fidei conſolationem, quæ Sanctos producit fructus, mente & voluntate hominis, ut dictum, converſa.

22. Atq; hæc vocatur pœnitentia ad ſalutem, cum contra Judæ Cain & ſimilium contritio ſit triſticia ad mortem, deſtituta nimirum operatione & conſolatione fidei à Spiritu Sancto orta.

23. Ad contritionem pertinet confeſsio, qua peccata, vel in genere vel in ſpecie, vel publicè vel privatim, vel coram Deo vel ejus miniſtro, ſerio dolo-

re con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

re confitemur , & veniam precamur , quam etjam poteſtati clavium Filius Dei commiſit.

24. Sunt autem Claves Eccleſiæ generaliter poteſtas miniſterij à Chriſto inſtituta, qua homo authoritate divina, peccata, impœnitentibus quidem ligat & retinet, quæ clavis ligans vel excommunicatio dicitur: pœnitentibus autem ſolvit & remittit, quæ clavis ſolvens appellatur ſive abſolutio.

25. Abſolutio privata in Eccleſijs multis de cauſis retinenda eſt, videlicet propter teſtimonium articuli de gratuita peccatorum remiſsione, propter applicationem promiſsionis univerſalis ad individua, propter explorationem & inſtitutionem communicantium, in fide, Catecheſi, pœnitentia, vita, &c.

26. Cœtus hominum doctrinam jam traditam amplectentium & Sacramentis ſecundum inſtitutionem utentium vocatur Eccleſia. Loc. 9.

27. Cujus generaliter acceptæ duplicia ſunt membra. Viva, qui ſunt homines verè pij, converſi, atq; ex Deo renati. Et hos Eccleſia ſpecialiter dicta complectitur, Eccleſia, inquam, ſancta, Catholica, Sanctorum communio ſeu univerſalis multitudo populi Dei, ſeu omnium piorum omnibus temporibus & locis viventium, amplectens vera fide Chriſtum, propter quem Deo placet & Spiritu Sancto regitur & ſanctificatur ad vitam æternam.

28. Mortua membra ſunt hypocritæ, & alij, qui quidem titulo Eccleſiæ ſe vendidant, verè tamen ad eam non pertinent. Sunt enim ſine vero timore Dei, & ſine fide, utpote non renati, nec verè converſi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

29. Vera autem Eccleſia etjam Electorum Eccleſia nominatur. Electi enim Dei ij ſunt, qui Filium Dei piè amplectuntur & in ea fide perſeverant.

30. Cauſa electionis eſt miſericordia Dei propter intercesſionem & meritum Mediatoris Jeſu Chriſti fide apprehendendi. Eſtq; de ea ſimpliciter à poſteriore juxta Evangelij promiſsionem judicandum.

31. Viſibilis Eccleſiæ notæ ſunt, pura verbi divini prædicatio, legitima Sacramentorum adminiſtratio, & ſancta diſciplinæ obſervatio.

32. Colligit autem & regit Eccleſiam ſuam in his terris Filius Dei per miniſterium Evangelij, quod eſt officium divinitus inſtitutum, prædicandi legem & Evangelium, adminiſtrandi Sacramenta, uſurpandi claves, vocandi & ordinandi miniſtros, &c. per quod Deus verè Spiritu ſuo ſancto ad ſalutem efficax eſt.

33. Ab hac poteſtate Eccleſiaſtica multum differre politicam ſatis apparet, conſideratis utriuſq; objectis, effectibus ſeu beneficijs, pœnis, nomotheſia &c.

34. Caput & rex Eccleſiæ Chriſtus eſt, qui ſedens ad dexteram Patris colligit ſibi in genere humano & ſervat omnibus mundi temporibus cœtum hominum ipſum amplectentium, quibus æterna bona impertit, tandemq; in æternum glorificabit.

35. Diſcrimen inter hoc Chriſti regnum, & regna mundana, ſumitur à regum ipſorum perſonis, gubernationis, obedientiæ, pœnarumq; modis, beneficijs, ſtabilitate &c.

36. Porro cum Eccleſia cruci in his terris perpetuo obnoxia ſit, duo hic conſideranda.

37. Al-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

37. Alterum de cauſis efficientibus impulſivis & finalibus, partim communibus toti hominum generi partim Eccleſiæ peculiaribus.

38. Efficientes communes ſunt peccatum commune, errores mentis humanæ, cupiditates pravæ, & Diaboli Tyrannis. Fines ut homines Dei juſtiſsimi & ſapientiſsimi iram agnoſcant, & ad timorem Dei ſeriamq; pœnitentiam flectantur.

39. Peculiares Sanctorum: certa delicta ex corruptione naturæ lapſæ alijsq; cauſis exiſtentia, & Sathanæ odium virulentius cupientis pios perditos, cum contra Deus hoc intendat, ut in ipſis creſcat pœnitentia, explorentur, exerceantur & confirmentur virtutes, emendentur peccata interiora, caveantur futuri lapſus ex agnita ira Dei, utq; afflictiones ſint tum immortalitatis piorum, tum certitudinis doctrinæ teſtimonia, & ad eam diligentius diſcendam incitamenta, deniq; ut pij hoc pacto imagini Chriſti conformentur, ſeq; propter ſolam Dei gloriam obedire teſtentur, præſentiam & auxilium Chriſti mediatè vel immediatè liberantis experiantur, tum præmia ampliſsima piè calamitoſis promiſſa conſequantur.

40. Alterum hoc loco conſiderandum eſt de conſolationibus, quarum fontes multi ſunt: alij titulo cum Philoſophicis congruentes quidem, res tamen longe majores continentes: videlicet neceſsitas, virtutis dignitas, bona conſcientia, exempla, collatio eventuum, utilitates &c.

41. Alij in ſolo Evangelio patefacti & Eccleſiæ proprij: æterni Dei propter Chriſtum benevolentia, amor,

amor, beneplacitum, præſentia, auxilium, & promiſsio ſuſtentationis, mitigationis & certæ liberationis vel in hac vita vel in æterna, in qua Eccleſia liberata ex omnibus miſerijs divina luce, ſapientia, juſticia, gloria, & lætitia complebitur.

Loc. 10. 42. Cumq; hic ſit verus & ultimus fidelium portus, reſtat, ut ea quæ huc pertinent breviter perſtringamus.

43. Mors corporalis (qua voce à ſpirituali diſtinguitur, quæ eſt peccatum non remiſſum, propter quod homo non renatus obnoxius eſt iræ Dei & æternis pœnis) eſt diſſolutio animæ & corporis, qua corpus diſsipatur, anima vero ſuperſtes eſt & vivit, utpote immortalis.

44. Et quidem animæ piorum ab omni peccato & miſerijs hujus vitæ liberatæ, Dei conſpectu & conſuetudine in tranquilla pace & gaudio fruuntur: de animabus impiorum ſecus res habet.

45. Reſuſcitabit autem ſeu in vitam revocabit Deus omnes homines mortuos, conjungens rurſus animas corporibus verbo ſuo omnipotenti.

46. Fiet hoc in extrema mundi die, quando Filius Dei omnes homines ex morte reſuſcitatos, ſuperſtitibus & vivis immutatis, ante tribunal ſuum adducet, & pronunciatâ ſententiâ juſtiſsimâ, pios & electos in plenam vitæ æternæ poſſeſsionem transferet, ubi Deus erit omnia in omnibus.

47. De quo ſtatu licet plurima dicantur tamen ſemper minimum dicitur. Oculus enim non vidit, auris non audivit, nec ſuper cor hominis aſcendit, &c.

48. Im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

48. Impios autem ac damnatos una cum Diabolis in æternum ignem abjiciet, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

τῷ Θεῷ ἡ δόξα καὶ νῦν καὶ
εἰς ἡμέραν αἰῶνος.
Ἀμήν.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON QUINTUS qui eſt Generall. 5.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit.

Cæſo Hagge vocatus ad Sacellana-
tum Milſtedienſem. Jan 2 Dec
1603.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

DE COLLOQUIO MARPURGENSI ANNO 1529 MENſe Octobri inſtituto ex Tomo ſecundo Witebergenſi folio 288. 289. 290. 291.

Theſis I.

Cum reſtituta Dei benignitate doctrinæ cœleſtis luce Pontificij haud obſcurè minas ſpirarent, ita ut Proteſtantes Printipes & ordines imperij propter Evangelij doctrinam in periculo verſari viderentur :

II.

Illuſtriſsimus Haſsiæ Landgravius Philippus de uniendis Eccleſijs, quæ inprimis in articulo de cœna Domini non idem ſentiebant, diligenter cogitabat.

III.

Quoniam enim diſsidio Sacramentario curſum Evangelij multum impediri conſtabat: nihil omittendum ſtatuebat, quod ad certamen illud componendum faceret.

IV.

Ejus igitur rei cauſa conventum Theologorum utriusq; partis, qui Marpurgi inter ſe colloquerentur, indixit, ut hoc pacto tandem, ſi fieri poſſet, concordia inter eos iniretur.

Wite-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

V.

Witebergenſes, etſi de fructu & eventu felici parum admodum ſibi pollicerentur: quin potius de majoribus turbis ſoliciti eſſent:

VI.

Ne tamen piiſsimis laudatiſsimi Principis conatibus, imo ne ſaluti Eccleſiæ ſuoq; officio defuiſſe perhiberentur: in conventum & colloquium inſtitutum conſenſerunt.

VII.

Venerunt igitur Marpurgum primum Oecolampadius Baſilea, Zwinglius Tiguro, Bucerus & Hedio Argentina. Ex altera parte comparuerunt Lutherus, Philippus, Juſtus Jonas Witeberga, Andreas Oſiander Noriberga, Johannes Brentius Hala, Stephanus Agricola Auguſta, & alii nonnulli.

VIII.

Congregatis itaq; hiſce, mandavit Landgravius, ut initio Lutherus ſolus cum ſolo Oecolampadio, Philippus vero ſolus cum ſolo Zwinglio de religionis controverſia conferrent.

IX.

Summa hujus colloquij, & quid errorum de peccato originali, de baptiſmo, de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti, de uſu ſeu miniſterio verbi & Sacramentorum, Zwinglio & Oecolam-

padio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

padio objectum, quidq; ab ipſis reſonſum, tum quid concluſum fuerit, legatur loco ſupra dicto.

X.

Quia vero de præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra cœna inter Theologos utriusq; partis in illa quaſi privata & ſeparata tractatione convenire non poterat:

XI.

Viſum fuit Illuſtriſsimo Landgravio, ut de eo capite ex profeſſo & prolixius in ſuæ Celſitudinis & aliquot conſiliariorum præſentia, auſcultantibus etjam Theologis reliquis, ageretur.

XII.

Propoſita fuerunt à Zwinglio argumenta, quibus ſuæ ſententiæ veritatem niti exiſtimabat: ad quæ Lutherus reſpondit.

XIII.

Exitus autem hujus colloquij de Euchariſtia is fuit: Lutherus conſtanter in ſua ſententia perſtitit: Verum corpus & ſanguinem Chriſti in ſacra cœna adeſſe. Pars autem adverſa de ſua opinione diſcedere noluit, etſi in reliquis quæſtionibus in hoc colloquio propoſitis ſe cum Luthero conſentire teſtaretur.

XIV.

Ut igitur majora diſsidia, turbæ, & animorum diſtractiones averterentur, communi deliberatione & conſenſu certi quidam articuli conſcripti

ſunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſunt, quibus Theologi antea nominati ſubſcripſerunt ſinguli, qui & typis evulgati, unde apparet, de quo conſenſus, & de quo diſſenſus fuerit: quos articulos jam ordine ſubjiciemus.

XV.

De uno Deo in tribus perſonis.

Primo Credimus & ſentimus utrinq; unanimiter, unicum verum & naturalem eſſe Deum omnium creaturarum conditorem: & hunc ipſum Deum unum in eſſentiâ ac naturâ, trinum eſſe in perſonis, videlicet Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum: Omni prorſus modo, quemadmodum in Synodo Nicæna decretum eſt, & in Symbolo Nicæno in univerſa Eccleſia, quæ in orbe terrarum Chriſto militat, canitur & legitur.

XVI.

De incarnatione Filii.

Secundo Credimus quod neq; Pater, neq; Spiritus Sanctus, ſed Filius Dei Patris, naturâ Deus, ſit homo factus, per operationem Spiritus Sancti, ſine virili Semine, natus ex purâ virgine Mariâ ſecundum carnem, perfectus corpore & anima, ceu alius quiſpiam homo, abſq; omni peccato.

XVII.

De Chriſti paſsione morte reſurr. aſcens. & ſeſs. ad dext.

Tertio Quod idem hic Dei & Mariæ filius, perſona indiviſa & inſeparabilis, Ieſus Chriſtus, pro nobis crucifixus, mortuus, & ſepultus, reſur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

rexerit à mortuis, aſcenderit in cœlum ſedens ad dexteram Dei, Dominus ſuper omnes creaturas, venturus ad judicandum vivos & mortuos.

XVIII.

De peccato originis.

Quarto Credimus quod peccatum originale ab Adamo in nos carnali generatione propagatum, atq; ita hæreditarium, nobisq; innatum, & quidem tale ſit peccatum, quo omnes homines condemnentur: & quod, niſi Chriſtus nobis ſua morte & vita ſubveniſſet, æterna morte propter hoc peccatum nobis pereundum fuiſſet, neq; unquam ad regnum Dei & ſalutem pervenire potuiſſemus.

XIX.

De redemptione ſeu liberatione à peccato & morte per Chriſtum fide apprehenſum.

Sexto ſtatuimus nos ab iſto & ab omnibus aliis peccatis, ut & ab æterna morte liberari, ſi in hunc ipſum Dei filium Jeſum Chriſtum pro nobis mortuum credimus, ſine vero tali fide per nullum operum aut vitæ genus, ordinem &c. peccatorum remiſsionem contingere poſſe.

XX.

Quomodo fides impetretur.

Sexto: Hæc fides donum Dei eſt, quod nullis præcedentibus operibus aut meritis acquirere, neq; ex propriis viribus aut facultate conſequi poſſumus: verum Spiritus Sanctus illam dat & operatur

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

in cordibus noſtris, quomodo vult, quando Evangelium ſeu verbum Chriſti audimus.

XXI.

De Juſtificatione hominis.

Septimo Quod hæc fides ſit noſtra coram Deo juſticia, utpote propter quam, ſine ullis operibus & meritis, Deus nos juſtos innocentes & ſanctos reputat, & per hanc fidem à peccatis, morte, inferno liberat, in gratiam recipit, & ſalvos facit, propter filium ſuum, in quem ita credimus, & per hoc ipſum juſticiæ, vitæ, omniumq; bonorum Filij Dei participes reddimur. Quocirca omnes ordines & vota Monaſtica, tanquam ad ſalutem conducentia, omnia, inquam, damnata ſunt.

XXII.

De externo verbo.

Octavo Quod Spiritus Sanctus, ordinariè loquendo, nemini fidem, de qua ſermo eſt, aut dona ſua impertiat, ſine præeunte prædicatione vel verbo vocali ſeu Evangelio Chriſti: Sed per & una cum verbo hoc vocali operetur & efficiat fidem, quomodo & in quibus vult Rom. 10.

XXIII.

De Baptiſmo.

Nono Quod ſanctus Baptiſmus ſit Sacramentum ad hanc fidem ſeu hujus fidei gratia à Deo inſtitutum. Et quia hoc Sacramentum mandato Dei: ite baptizate: & promiſsione Dei: Qui crediderit, nititur: non igitur vacuum tantū ſignum aut teſſera

ſeu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſeu ſymbolum inter Chriſtianos, verum ſignum eſt & opus Dei, in quo fides noſtra neceſſario concurrit, per quam regeneramur.

XXIV.

De bonis operibus.

Decimo Quod fides illa, poſtquam per eam juſti & ſancti reputati & facti ſumus, efficaciâ Spiritus Sancti, bona opera per nos exerceat: videlicet dilectionem erga proximum, preces ad Deum, & tolerantiam perſecutionum.

XXV.

De confeſsione & abſolutione.

Undecimo Quod confeſsio, ubi nimirum quis à Paſtore ſuo vel proximo conſilium ſalutis quærit, res quidem non coacta ſed libera eſſe, interim tamen valde utilis cenſeri debeat mœſtis, tentatis, peccato oneratis, aut in errorem lapſis conſcientiis, omnium maximè propter abſolutionem ſive conſolationem Evangelij, quæ vera eſt abſolutio.

XXVI.

De magiſtratu.

Duodecimo Quod omnes magiſtratus, & politicæ leges, judicia & ordinationes, ubicunq; ſunt, verè bonus ſtatus ſeu ordo ſint, neq; res interdictæ, quemadmodũ aliqui Pontificij & Anabaptiſtæ docent & ſentiunt: Sed quod Chriſtianus, qui ad hæc vocatus vel natus fuerit, nihilominus per fidem Chriſti benè ſalvari poſsit, perinde ut ordo ſeu ſtatus parentum, patrum & matrumfamilias &c.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

XXVII.

De traditionibus.

Decimotertio Quod traditiones, quæ ſit nominantur, ordinationes ſcilicet hominum in negociis vel rebus ſpiritualibus ſeu Eccleſiaſticis, ſi non pugnent contra manifeſtum Dei verbum, liberè ſervare vel omittere liceat, pro ratione hominum quibuscum verſamur, ita ut modis omnibus & perpetuo offendicula ſeu ſcandala non neceſſaria caveantur & paci ſerviatur. Quod etjam doctrina, quæ conjugium ſacerdotum prohibet, doctrina ſit dæmoniorum.

XXVIII.

De Pædobaptiſmo.

Decimoquarto Quod baptiſmus infantium ſanctus ſit & legitimus, quodq; infantes per illum in gratiam Dei & cœtum Chriſtianorum recipiantur. Hic articulus ex alia editione Nicol. Schirl. Witteb. deſcriptus eſt.

XXIX.

De Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti.

Decimoquinto De Cœna Domini noſtri Jeſu Chriſti credimus & ſentimus omnes quod utraq; ſpecies juxta inſtitutionem uſurpanda ſit: Quod Miſſa non ſit opus, quo alter alteri mortuo & vivo gratiam impetret: Quod Sacramentum Altaris ſit Sacramentum veri corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti: Quod ſpiritualis ſumptio corporis & ſanguinis illius unicuiq; Chriſtiano præcipuè neceſſaria. Similiter de uſu Sacramenti, ſicut & verbum à Deo omni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

omnipotente datum & ordinatum , ut per illa , ſeu illis mediantibus, infirmæ conſcientiæ ad fidem & dilectionem per Spiritum Sanctum perducantur. Etſi autem de eo, num verum corpus & ſanguis Chriſti corporaliter in pane & vino adſint, inter nos hoc tempore non potuit convenire : Debet tamen una pars alteri charitatem Chriſtianam, quantum quidem uniuscujusq; conſcientia omnino ferre poteſt, exhibere, & utraq; pars Deum omnipotentē ardenter orare, ut nos per Spiritum ſuum in vero intellectu confirmare velit Amen.

Ἁγίασον ἡμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· ὁ λόγος
ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum Theologicorum

DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum

AGON SEXTUS qui eſt Generall. 6.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit

M. Nicolaus Wedovius Roſtoch. vocatus ad Paſtoratum Witzuuordenſem.

M. D. C. IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

CONFESSIO DOCTRINAE ET FIDEI CHRISTIANÆ SEptendecim articulis à Doctore Luthero comprehenſa, ſcripta Anno 1530.

1. Cum Anno 1530 Imperator Carolus Comitiis Auguſtæ indictis publico ſcripto ſignificaret, velle ſe partium in Religione diſsidentium ſententias clementer audire & cognoſcere, hoc fine, ut illis, (quemadmodum habet Tenor Edicti Cæſarei) quæ utrinq; in ſcripturis ſecus tractata aut intellecta ſint, ſepoſitis & correctis, res illæ ad unam ſimplicem veritatem & Chriſtianam concordiam componantur & reducantur, ut de cætero una ſincera & vera Religio colatur & ſervetur, & quemadmodum ſub uno Chriſto ſumus & militamus: ita in una etjam Eccleſia Chriſtiana in unitate & concordia vivere poſsimus:

2. Principes, civitates atq; ordines, proteſtantes dicti, ſinguli ſuos Theologos ad Apologiam paratos eſſe & ſummam doctrinæ in ſuis Eccleſijs ſonantis breviter articulatimq; ſcriptis comprehenſa in promptu habere jubent.

3. Inprimis vero Elector Saxoniæ Johannes, Torgavia datis ad Theologos Witebergenſes literis, ſerio mandat, ut ſepoſitis omnibus alijs negocijs de certa quadam confeſsionis formula deliberent, eamq; ſcripto comprehenſam ſtatim ad ſe ulterius deliberandam ponderandamq; afferant.

4. Theologi hoc mandato accepto poſt deliberationem habitam Luthero hoc negocium commiſerunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſerunt, ut ſummam confeſsionis paucis capitibus ipſe complecteretur.

5. Conſcripti igitur ſunt communi conſilio atq; ſuffragio articuli, quos vocant, ſeptendecim, præcipuam Religionis noſtræ doctrinam nervosè & eruditè continentes.

6. Hoc ſcriptum Lutheri, quod ſecum ad Comitia abſtulit Elector, Confeſsionis Auguſtanæ poſt ea hoc anno 25 Junij exhibitæ achetypus fuit.

7. Ad illius enim normam ipſa Confeſsio deinceps Auguſtæ à D. Philippo fuit conſcripta, quod & verba & phraſes eædem, ut & ordo ac ſeries articulorum, ipſa deniq; iſtius temporis acta & hiſtoriæ oſtendunt.

8. De his igitur articulis, qui materia fuerunt, ex qua Auguſtana confeſsio, noſtrarum Eccleſiarum Symbolum, exſtructa eſt, hoc Agone piè inter nos colloquemur.

9. Primus Articulus: Serio, conſtanter & unanimiter apud nos docetur, unicum ſolummodo verum Deum eſſe, creatorem cœli & terræ, ita tamen ut in illa vera divina eſſentia tres diſtinctæ perhibeantur perſonæ nimirum, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus.

10. Quod Filius à Patre natus ab æterno in æternum verus naturalis Deus ſit cum Patre:

11. Quod Spiritus Sanctus & à Patre & à Filio ſit, ſimiliter à ſeculo in ſeculum verus naturalis Deus cum Patre & Filio.

12. Quemadmodum hæc omnia per ſcripturam evidenter & firmiter demonſtrari poſſunt. Ut Johan.

han. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Omnia per hoc ipſum facta ſunt &c. Et Matth. 28. Euntes docete omnes gentes, & baptizate eos in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Cujusmodi teſtimonia plura exſtant maximè in Evangelio Johannis.

13. Secundus: Quod ſolus Filius Dei verus homo factus ſit, conceptus à Spiritu Sancto, natus ex incontaminatâ virgine Mariâ, perfectus corpore & anima.

14. Quodq; non Pater aut Spiritus Sanctus incarnatus ſit, ſicut hæretici Patripaſsiani dicti docuerunt.

15. Quodq; Filius non corpus ſolum abſq; anima aſſumſerit, quemadmodum Photiniani delirarunt. In Evangelio enim non raro de anima ſua ipſe loquitur, ut quando iniquit: triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem.

16. Quod autem Deus Filius homo factus ſit perſpicuè Johan. 1. ita dicitur: & verbum caro factum eſt. Et Gal. 4. Quando venit plenitudo temporis &c.

17. Tertius: Quod hic ipſe Dei Filius verus Deus & homo, Jeſus Chriſtus, ſit unica inſeparabilis perſona, pro nobis hominibus paſſus, crucifixus, mortuus, ſepultus, tertia die reſurrexerit à morte, aſcenderit in cœlum, ſedens ad dexteram Dei, Dominus omnium creaturarum.

18. Ita ut credi aut doceri nec poſsit nec debeat, quod Jeſus Chriſtus, tanquam nudus homo, aut ſola humanitas pro nobis paſſa ſit: Verum ita, quan-

quandoquidem Deus & homo hic non duæ perſo-
næ, ſed una indiviſa eſt perſona, ſentiendum &
docendum eſt Deum & hominem ſeu Dei filium
verè pro nobis paſſum, quemadmodum S. Paulus
ad Rom. 8. dicit: Deus filio ſuo unico non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit. Et 1. Corint. 2. Quod ſi cognoviſſent, Dominum gloriæ non crucifixiſſent: Qualia dicta plura obvia ſunt.

19. Quartus: Quod peccatum originale ſit peccatum propriè & verè ita dictum, & non tantum nævus aut infirmitas: quin potius ejusmodi peccatum, quod omnes homines ab Adamo propagatos damnat, & in æternum à Deo ſeparat, quomodo omnibus hominibus pereundum fuiſſet, niſi Jeſus Chriſtus pro nobis interceſsiſſet, atq; hoc peccatum cum omnibus peccatis, quæ inde ſequuntur, in ſe derivaſſet, & pro illis omnibus per paſsionem ſuam ſatisfeciſſet, atq; hoc pacto illa prorſus ſuſtuliſſet & aboleviſſet in ſe ipſo. De quo peccato Pſal. 51. & Rom. 5. clariſsimè ſcriptum eſt.

20. Quintus: Quandoquidem igitur omnes homines peccatores ſunt, peccato & morti, inſuper & Diabolo ſubjecti, fieri non poteſt, ut quisquam mortalium ex propriis viribus aut per bona ſua opera inde ſe extricet aut evolvat, quo rurſus juſtus & innocens fiat.

21. Imo ne quidem ad juſticiam ſe præparare aut inſtruere ſeu informare homo poteſt: verum quo magis hoc ipſum conatur, ut ipſe ſemet inde expediat, tanto pejor ejus ſtatus ſeu conditio redditur.

22. Hæc autem unica eſt via (hoc unicum eſt

opus)

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

opus) ad juſticiam & ad liberationem à peccatis & morte, ſi absq; omni merito aut opere credas in Filium Dei pro nobis paſſum &c. ut dictum eſt. Hæc fides noſtra eſt juſticia.

23. Vult enim Deus juſtos innocentes & ſanctos reputare & cenſere, omniumq; peccatorum remiſſione & vita æterna donare omnes illos, qui ejusmodi fidem in Filium habent, quod nimirum propter Filium Dei in gratiam verè recipiendi & filij futuri ſint in regno ipſius.

24. Quemadmodum totam hanc doctrinam S. Paulus & Johannes in ſcriptis ſuis copioſè & luculentè proponunt. Rom. 10. Corde creditur ad juſticiam. Johan. 3. Omnes qui in Filium credunt non peribunt ſed vitam habebunt æternam.

25. Sextus: Quod hæc fides non opus ſit humanum aut ejusmodi quod ex noſtris viribus conſequi poſsimus:

26. Verum opus & donum Dei, quod Spiritus Sanctus per Chriſtum donatus in nobis efficit.

27. Talisq; fides, utpote quæ non eſt nuda imaginatio, opinio, aut perſuaſio cordis, qualem pſevdocredentes habent, ſed operoſa, nova, viva res, multos affert fructus, perpetuo benè operatur, erga Deum laudando, celebrando, gratias agendo, orando, concionando & docendo: erga proximum diligendo, ſerviendo, juvando, conſulendo, donando & mutuando: tum omne genus mali ad mortem uſq; patienter ſuſtinendo.

28. Septimus: Ad fidem hanc acquirendam, aut hominibus impertiendam, inſtituit Deus miniſterium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

rium ſeu officium docendi, vel verbum vocale, Evangelium ſcilicet: per quod fidem, ejusq; vires ſeu potentiam, vtilitatem & fructus annunciari curat: donans etjam per hoc ipſum, tanquam per medium, fidem, cum Spiritu ſuo Sancto, quomodo & quando vult.

29. Præter hoc unicum, nullum aliud præterea vel medium eſt, vel modus, vel via, vel methodus ad fidem impetrandam.

30. Etenim cogitationes humanæ extra & ante verbum prædicatum, quantumcunq; ſanctæ & bonæ appareant, mera tamen ſunt mendacia & errores.

31. Octavus: Juxta & una cum verbo hoc vocali inſtituit etjam Deus externa ſigna, quæ Sacramenta appellari receptum eſt, nimirum baptiſmum & Evchariſtiam, per quæ Deus cum verbo etjam fidem & Spiritum ſuum offert & donat, & confirmat omnes dona hæc ſitientes.

32. Nonus: Quod baptiſmus primum ſignum aut Sacramentum in duabus ſubſiſtat rebus, videlicet in aqua & verbo Dei: aut, explicatius dicendo, ut aqua homo baptizetur, & verbum Dei pronuncietur.

33. Neq; eſt tantum ſimplex aqua aut perfuſio (quemadmodum prophanatores baptiſmi hoc tempore docent.)

34. Verum quia verbum Dei una adeſt, quod verbum Dei baptiſmus pro fundamento habet, res eſt ſancta, viva, efficax, & ut S. Paulus teſtatur ad Tit. 3. & Epheſ. 5. lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti.

Eſtq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

35. Eſtq; hic baptiſmus etjam infantibus exhibendus & diſpenſandus.

36. Verbum autem Dei, cui baptiſmum inniti diximus, hoc eſt: Euntes baptizate in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti Matth. 28. Et Marc. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit &c.

37. Decimus: Quod Evchariſtia ſiue Sacramentum altaris etjam duabus partibus contineatur: nimirum: quod ibi verè præſens ſit in pane & in vino verum corpus & ſanguis Chriſti: Juxta verba: Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus: quodq; non tantum ſit panis & vinum, quemadmodum pars adverſa hodie traditur.

38. Porro verba iſta requirunt & afferunt etjam ſeu efficiunt fidem, exercent quoq; illam in omnibus illis, qui Sacramentum expetunt, neq; contra illud quicquam agunt: Sicut & baptiſmus fidem affert & donat, ſi quis bonum hoc deſideret.

39. Undecimus: Quod privata confeſsio legum ſeu ſtatutorum vel decretorum coactu extorquenda non ſit: adæquè ut & baptiſmus, Sacramentum, Evangelium incoacta, non extorta, verum libera eſſe debent.

40. Ita tamen, ut ſciatur eam apprime ſalutarem, conſolatione plenam, & utilem eſſe mœſtis & perturbatis conſcientijs, cum in ea declaretur ſeu pronuncietur abſolutio, id eſt verbum & ſententia Dei, per quæ conſcientia à ſuo onere & angore liberatur & quaſi ſolvitur, fitq; quieta & pacata.

Quod-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

41. Quodq; non ſit neceſſe, ut omnia peccata in confeſsione enumerentur: indicentur vero illa quæ cor mordent & inquietant.

42. Duodecimus: Quod nullum omnino dubium ſit, eſſe & manere in terris unam ſanctam Chriſtianam Eccleſiam uſq; ad mundi finem, teſtante Chriſto Matth. ultimo. Ecce ego vobiſcum ſum uſq; ad conſummationem ſeculi.

43. Hæc autem Eccleſia nihil aliud eſt quam homines in Chriſtum credentes, qui doctrinam hanc amplectuntur, credunt, docent, & confitentur, & propterea perſecutiones & afflictiones in mundo patiuntur.

44. Vbi enim Evangelium prædicatur & Sacramenta uſurpantur legitimè, ibi eſt ſancta Eccleſia Chriſtiana.

45. Neq; ea eſt ſtatutis ullis aut externo ſpecioſo ornatu, apparentia, ſeu ſplendido pompoſove apparatu ad certa loca & tempora, ad perſonas, & qualescunq; geſtus alligata.

46. Decimus tertius: Quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus veniet in noviſsimo die judicaturus vivos & mortuos, & liberaturus ab omni malo & in vitam æternam tranſlaturus fideles ſuos: Infideles autem & impios puniturus & unà cum Diabolis ad inferni cruciatus æternos condemnaturus &c.

47. Decimus quartus: Quod interea dum ad judicium Dominus accedet, & omnem eminentiam & dominatum è medio tollet, Magiſtratus politicus & poteſtas mundana honore affici & obſequio atq; obedientia coli debeat, tanquam ſtatus ſeu ordo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ordo à DEO inſtitutus ad tuendum bonos & coërcendum malos.

48. Quodq; hoc genus vitæ homini Chriſtiano, ſi ordine & legitimè ad illud vocetur, extra incommodum & periculum fidei ſuæ & æternæ ſalutis, ſuſcipere, gerere atq; adminiſtrare liceat.

49. Decimus quintus: Ex quibus omnibus conſequens eſt, doctrinam, quæ ſacerdotibus & ſpiritualibus conjugio, & aliâs in genere carnibus & cibis interdicit, cum omnibus cujuscunq; farinæ ordinibus vitis & votis Monachalibus (quoniam videlicet per hæc ipſa gratia & ſalus animarum quæritur & ſperatur, neq; libera eſſe permittuntur) eſſe merè & verè deteſtandam & damnandam Dæmoniorum doctrinam qua appellatione S. Paulus 1. Tim. 4. eam indigetat: cum ſolus Chriſtus unica via ſit ad gratiam & beatitudinem æternam.

50. Decimus ſextus: Quod præ omnibus abominationibus, Miſſa, quæ hactenus eſt exiſtimata & habita facrificium, cultus, ſeu bonum opus, quo alter alteri gratiam impetrare voluit, abroganda ſit.

51. Hujus vero Miſſæ loco celebranda ſeu exercenda ordinatio & conſtitutio divina, Sanctiſsimum inquam Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti, ſub utraq; ſpecie exhibendum ſingulis in propriam fidem & ad prpriam neceſsitatem & utilitatem uniuscujuslibet.

52. Decimus ſeptimus: Ceremoniæ Eccleſiaſticæ, quæ cum verbo Dei pugnant, etjam abrogentur, reliquæ autem liberæ eſſe permittantur, ut vel uſurpentur vel non, ſecundum tamen normam dilectionis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

nis, ne leviter & ſine cauſa offendicula præbeantur, aut publica pax & concordia Eccleſiæ & ſocietatis humanæ præter neceſsitatem turbetur &c.

Θεῷ δόξα.

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON SEPTIMUS qui eſt Generall. 7.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit

Johannes Meierus Flensburg. vocatus
ad Paſtoratum Suesingenſem.

M. D. C. IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

PROPOSITIONES DE CON- CORDIA INTER D. LUTHERUM & cæteros Theologos Witebergenſes &c. & Doctores Civitatum Imperij in Germania Superiori Anno 1536 Witebergæ inſtituta ; partim in genere de tota religionis doctrina, partim in ſpecie de cœna Dominica, baptiſmo, abſolutione & communione atq; diſciplina Eccleſiæ.

FRequenter admodum in ſcriptis Theologicis hujus ſeculi mentio fit Concordiæ, quam Doctores Eccleſiarum in Ducatu Saxoniæ &c. & Doctores Eccleſiarum in civitatibus Germaniæ ſuperioris Witebergæ inierunt. 1.

De illa itaq; hac homilia piam inter nos συζήτησιν inſtituemus. 2.

Hiſtoriam ipſam quod attinet, præſentis inſtituti non eſt, prolixè & ſecundum rerum circumſtantias & acta illam exponere. 3.

Requiratur ea apud illos, qui partim copioſè eam & ex profeſſo deſcripſerunt, partim ejus, re ſic ferente, meminerunt. Sunt autem utriusq; generis quam plurimi. 4.

Nobis hoc loco ſuffecerit, poſt indicata Theologorum nomina, & Concordiæ Scopum ſeu ſententiam, & verba ſeu articulos ipſos conſiderare. 5.

Nomina Theologorum, qui ex Germania Superiori poſt conventum Argentorati celebratum ad Lutherum ablegati fuerunt, quiq; articulis 6.
quos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

quos jamjam recenſebimus ſubſcripſerunt, hi ſunt. D. Wolfgangus Capito miniſter Eccleſiæ Argentinenſis: M. Martinus Bucerus miniſter Eccleſiæ Argentinenſis: Lic. Martinus Frechtus Eccleſiæ Vlmenſis in verbo miniſter: Lic. Jacobus Ottherus miniſter Eccleſiæ Eſslingenſis: M. Bonifacius Lycoſthenes Eccleſiæ Auguſtanæ miniſter in verbo: Wolfgangus Muſculus Eccleſiæ Auguſtanæ miniſter in verbo: M. Gervaſius Scholaſticus Memmingenſis Eccleſiæ Paſtor: M. Johannes Bernardi Francofortenſis Eccleſiæ miniſter: Martinus Germani Firfeldenſis Eccleſiæ miniſter: M. Matthæus Autherus Paſtor Eccleſiæ Reutlingenſis: Johannes Schradinus diaconus Reutlingenſis.

7. Ab altera parte egerunt & ſubſcripſerunt: D. Martinus Lutherus: D. Juſtus Jonas: D. Caſpar Cruciger: D. Johannes Bugenhagius Pomeranus: Philippus Melanchthon: Juſtus Menius Iſenacenſis: Fridericus Miconius Gothanus.

8. Quo autem ſenſu articuli Concordiæ accipiendi ſint, placuit nonnullis in controverſiam vocare.

9. Verum eſt res profectò ſatis expedita & plana, ſi abſit contendendi & calumniandi cacoëthes, adſit autem timor Domini, conſcientia & veritatis candorisq; ſtudium non ſimulatum.

10. Diſertè enim fatentur ſubſcriptores omnes, ſe juxta Confeſsionem & Apologiam Principum Evangelium profitentium in omnibus articulis ſentire & docere velle, ac quicquid iſti doctrinæ adver-

ſatur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſatur, ut noxium errorem habere, & è mentibus hominum pro viribus depellere.

Et poſt conſtitutam menſe Majo Concordiam, 11.
reſcribunt etjam Theologi Argentinenſes menſe Auguſto ad Witebergenſes, ſe articulos ipſos ſimpliciter, & ut verbis ſuis expreſsi ſunt, amplecti, & ſua ſubſcriptione comprobare.

Verba illorum aſcribo: Quo itaq; de fide & 12.
voluntate noſtra in hanc ipſam unam & certiſsimam doctrinam Chriſti, nullus omnino remaneat dubitationis ſcrupulus, vel apud vos, vel quemcunq; alium, recipimus jam iterum hiſce literis, noſtris manibus ſubſcriptis, non in hac unica & ſincera doctrina Chriſti, quæ hiſce Articulis, quos noſtri nobis attulerunt, manibus veſtris ſubſcriptos, continetur, & Confeſsione atque Apologia Principum fuſius expoſita eſt, ope Chriſti firmiter perſtaturos, eamque ſummo ſtudio adſerturos & propagaturos: ac quicquid iſti doctrinæ adverſatur, ut noxium errorem habituros, & è mentibus hominum pro viribus depulſuros: eoque Articulos ipſos ſimpliciter, & ut verbis ſuis expreſsi ſunt, amplectimur, & noſtra ſubſcriptione comprobamus. Dominus donet ita nos doctrina hac ſua, & Eccleſiæ adminiſtratione, fructum facere, ut ſumus in eum animati ſinceriter. Hæc illi.

Ex his duobus indiciis, ut alia multa præter- 13.
eam, cuivis non præoccupato, candidèq; piè & ſine præjudicio ſtatuere volenti, manifeſtum eſt, quæ ſit genuina articulorum Concordiæ illius ſententia & explicatio.

Inita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

14. Inita ergo concordia ejusmodi eſt, quæ in genere Auguſtanæ confeſsioni, & Apologiæ inniteretur, eamq; per omnia ſuam faceret & amplexaretur.

15. In ſpecie autem de quatuor capitibus actum & transactum fuit, quemadmodum ſequitur.

16. De præſentia corporis & Sanguinis Chriſti in Cœna Dominica.

Audivimus D. Bucerum explicantem ſuam & & aliorum, qui adfuerunt, ſententiam de Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti hoc modo:

I.

17. Confitentur juxta verba Irenæi conſtare Evchariſtiam duabus rebus terrena & cœleſti.

18. Itaq; ſentiunt & docent cum pane & vino verè & ſubſtantialiter adeſſe, exhiberi & ſumi corpus Chriſti & ſanguinem.

II.

19. Et quanquam negant fieri transſubſtantiationem.

20. Nec ſentiunt fieri localem incluſionem in pane.

21. Aut durabilem aliquam conjunctionem extra uſum Sacramenti:

22. Tamen concedunt Sacramentali unione panem eſſe corpus Chriſti: hoc eſt, ſentiunt porrecto pane ſimul adeſſe & verè exhiberi corpus Chriſti.

Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Nam extra uſum, cum aſſervatur in pixide, 23.
aut oſtenditur in proceſsionibus, ut fit à Papiſtis, ſentiunt non adeſſe corpus Chriſti.

III.

Deinde hanc inſtitutionem Sacramenti ſen- 24.
tiunt valere in Eccleſia, nec pendere ex dignitate miniſtri aut ſumentis.

Quare, ſicut Paulus ait etjam indignos man- 25.
ducare: ita ſentiunt porrigi verè corpus & ſanguinem Domini etjam indignis, & indignos ſumere, ubi ſervantur verba & inſtitutio Chriſti.

Sed tales ſumunt ad judicium, ut Paulus ait, 26.
quia abutuntur Sacramento, cum ſine pœnitentia & ſine fide eo utantur.

Ideo enim propoſitum eſt, ut teſtetur, illis ap- 27.
plicari beneficia Chriſti, & fieri eos membra Chriſti, & ablui ſanguine Chriſti, qui agunt pœnitentiam & erigunt ſe fide in Chriſtum.

De Baptiſmate.

De baptiſmo infantium omnes ſine ulla du- 28.
bitatione conſenſerunt, quod neceſſe ſit infantes baptizari.

Cum enim promiſsio ſalutis pertineat etjam ad 29.
infantes:

Et pertineat non ad illos, qui ſunt extra Eccle- 30.
ſiam:

Neceſ-

31. Neceſſe itaq; eſt eam applicari infantibus per miniſterium, & adjungere eos membris Eccleſiæ.

32. Cumq; de talibus infantibus, qui ſunt in Eccleſia, dictum ſit, non eſt voluntas Patris, ut pereat unus ex illis:

33. Conſtat infantibus per baptiſmum contingere remiſsionem peccati originalis, & donationem Spiritus Sancti, qui in eis efficax eſt, pro ipſorum modo.

34. Rejicimus errorem illorum, qui imaginantur, infantes placere Deo, & ſalvos fieri ſine actione aliqua Dei, cum Chriſtus clarè dicat, niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt intrare in regnum Dei.

35. Etſi igitur nos non intelligamus, qualis ſit illa actio Dei in infantibus:

36. Tamen certum eſt in eis novos & ſanctos motus effici: ſicut in Johanne in utero matris novi motus fiebant.

37. Nam etiamſi non eſt imaginandum, quod infantes intelligant:

38. Tamen illi motus & inclinationes ad credendum Chriſto & diligendum Deum ſunt aliquo modo ſimiles motibus (motui) fidei & dilectionis.

39. Hoc dicimus, cum infantes dicimus fidem habere.

40. Ideo enim ſic loquimur, ut intelligi poſsit, quod infantes non fiant ſancti & ſalvi ſine actione divina in ipſis.

41. Quanquam igitur mos eſt alicubi, ut certis diebus publicè adminiſtretur baptiſmus:

Tamen

Tamen docendi ſunt homines, ſi quid pericu- 42.
li eſt vitæ infantium, ut eos interim baptizari curent, & miniſtri debent talibus impertiri baptiſmum.

De abſolutione.

De abſolutione optant omnes, ut in Eccleſia 43.
etjam privata abſolutio conſervetur:

Et propter conſolationem conſcientiarum: 44.

Et quia valde utilis eſt Eccleſiæ diſciplina illa, 45.
in qua privatim audiuntur homines, nt imperiti erudiri poſsint.

Nam profecto tali colloquio & examine opus 46.
eſt rudioribus.

Neque ideo vetus confeſsio & enumeratio de- 47.
lictorum probanda aut requirenda eſt:

Sed colloquium illud propter abſolutionem & 48.
inſtitutionem conſervetur.

De colenda communione & diſciplina Eccleſiæ.

Recipiunt ſe omni ſtudio ad ſacram commu- 49.
nionem invitaturos omnes:

Ita dabunt operam ut ſacra communio in ver- 50.
bo, Sacramentis, & precibus publicis dignè colatur:

Nec quiſquam ſe pro Chriſtiano habeat, qui 51.
ſe ſacris cœtibus & uſu Sacramentorum ſubducit.

His

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

52. His juventutem & ſingulariter eos qui literis inſtituuntur adſuefacere ſedulo curabunt.

Ἰωάν. η

Ελεγεν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτοῦ Ἰουδαίους: Εὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τοῦ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστέ. καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum Theologicorum

DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum

AGON GENERALIS OCTAVUS

quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Henningus Buſchius Gardingenſis vocatus ad Sacellanatum Gaikenbyllenſem.

M. D. C. IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

DEFINITIONUM THEOLOGICARUM, QUIBUS TOTIUS FERE doctrinæ Chriſtianæ ſumma continetur, juxta ordinem libelli Catechetici in Scholis uſitati ſparſim contextarum quinquagena prima.

Prol. 1. Verbum Dei eſt doctrina de Dei eſſentia & voluntate, ignota rationi humanæ, divinitus autem patefacta, comprehenſa in Scriptis Propheticis & Apoſtolicis, evidentiſsimisq; comprobata miraculis, certò monſtrans hominibus viam conſequendi æternam beatitudinem, & colendi Deum.

2. Miraculum eſt ſingulare opus Dei, factum præter & ſupra communem Naturæ ordinem & curſum, quo Deus tum ſuam in Eccleſia præſentiam & omnipotentiam, tum certitudinem doctrinæ Prophetarum Chriſti & Apoſtolorum oſtendit.

3. Martyr eſt perſona quæ fidem ſuam in Mediatorem JEſum Chriſtum coram mundo ſpretis omnibus Tyrannorum minis, & vitæ periculis, piè ac liberè profitetur, & pro ſalvifica veritate non dubitat ſanguinem ſuum profundere, aliave pericula Spiritu promto adire.

Loc. 1. 4. Deus eſt eſſentia ſpiritualis, intelligens, alia ab omnibus creaturis, æterna, juſta, caſta, verax, bona, liberrima, immenſæ ſapientiæ & potentiæ, quæ divina eſſentia ſic ſe patefecit, quod ſit Pater æternus, qui filium ab æterno genuit, & ſit filius ab æterno genitus à patre, λόγος καὶ εἰκὼν patris, & ſit Spiritus Sanctus, ab æterno procedens à patre & filio, qui

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

qui Deus condidit & conſervat cœlum & terram & omnia quæ in eis ſunt, & facta redemptione Eccleſiam perpetuo colligit & ſalvat.

5. Chriſtus eſt ſummus Sacerdos Propheta & Rex Eccleſiæ: videlicet perſona, in qua duæ Naturæ, divina ὁμοούσιος καὶ συναΐδιος Deo Patri æterno, & humana ex ſubſtantia Mariæ virginis aſſumpta, indiſſolubili fœdere unitæ ſunt, quæ perſona immediate à Deo ordinata, miſſa & plenitudine Spiritus Sancti uncta eſt, ut per Evangelium à ſe ex ſinu æterni Patris prolatum, colligat ſibi ex genere humano æternam Eccleſiam: & ſua interceſsione, merito & efficacia remiſsionem peccatorum, juſtitiam & ſalutem æternam impetret ac donet Eccleſiæ, quam in hac vita verbo & Spiritu ſancto regit, & adverſus Diabolos ac Tyrannos defendit, & tandem ex morte reſuſcitatam ornabit vita & gloria æterna.

6. Mediator Eccleſiæ, eſt perſona prædita utraq; natura divina & humana, conſtituta ab æterno Patre, ut genus humanũ lapſum in peccatum & mortem Deo reconciliet, & in vitam aſſerat, ſuſcipiens in ſe tanquam victima totius generis humani peccata, ſua interceſsione & morte placans iram Dei, & divina ſua potentia eripiens Eccleſiam ex morte & Tyrannide Satanæ, & impetrans credentibus vitam, juſtitiam, Spiritum ſanctum & ſalutem æternam.

7. Abſtractum in Theologia dicitur vocabulum, quod alteram naturam vel divinam vel humanam in perſona ſeu unione innuit.

8. Concretum ipſam perſonam notat.

9. Creatio eſt opus Dei Patris Filij & Spiritus ſancti, quo in principio condidit trinunus Deus ex nihilo Loc. 2.

hilo cœlum & terram, angelos & homines, res viſibiles & inviſibiles, & omnia quæ in mundo ſubſiſtunt, eaq; adhuc ſuſtentat & conſervat, ut ſuam patefaciat infinitam ſapientiam, potentiam, bonitatem & juſtitiam, & colligat ſibi Eccleſiam æterna beatitudine fruituram.

10. Conſervatio rerum eſt opus ſanctiſsimæ Trinitatis, quo ſuſtentat Deus omnes res à ſe conditas, easq; propagat, eo modo quo inſtituit, & vult, hoc fine, ut Eccleſia in mundo colligatur, & ut mali angeli & impij homines ad judicium ſerventur.

11. Angelus bonus eſt eſſentia ſpiritualis, creata à Deo & ornata ſapientia, intellectu legis divinæ, & aliarum multarum rerum, Item, juſtitia & libertate voluntatis, ordinata ad miniſterium Dei & hominum, utque perpetuo Deum celebret, & ſit particeps æternæ beatitudinis.

12. Angelus malus ſeu Diabolus eſt eſſentia ſpiritualis, condita à Deo, ac primum quidem ornata ſapientia, juſtitia & veritate, ſed quæ originem ſuam non retinuit, nec in veritate ſtetit, ſed avertit ſe ſponte à Deo, facta hoſtis Dei & generis humani, propter peccatum deſtinata ad æternos cruciatus.

13. Homo eſt ſubſtantia rationalis, conſtans corpore & anima, condita à Deo ad ipſius imaginem, hoc eſt, ornata in creatione ſapientia, intellectu legis divinæ, & multiplici rerum cognitione, Item juſtitia, veritate & libertate voluntatis, hoc fine, ut Deum perpetuo celebraret & in omni æternitate lætitiæ & vitæ cæleſtis eſſet particeps.

14. Anima hominis eſt altera ac potior pars hominis, eſſentia nimirum ſpiritualis, creata ſpiritu Dei,

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

& ornata intellectu & libertate, ut Deum & voluntatem ejus agnoſceret, quæ non extinguitur cum à corpore diſceſsit, ſed eſt immortalis.

15. Mens ſeu intellectus eſt potentia cognoſcens, judicans & ratiocinans ſingularia & univerſalia, habens inſitas quaſdam notitias nobiſcum naſcentes ſeu principia magnarum artium, habens & actum reflexum, quo ſuas actiones cernit & judicat & errata emendare poteſt.

16. Conſcientia eſt notitia mentis, qua ex lege naturæ atq; ex verbo Dei, & rectè facta noſtra adprobamus, & ſecus facta improbamus, quod proprium judicium ſequitur aut ſuavitas & lætitia in rectè factis, aut triſtis dolor in patratis ſceleribus.

17. Voluntas eſt potentia animæ rationalis motiva, ut in Scholis loquuntur, ſeu appetens ſuprema, qua homo objectum ab intellectu monſtratum velle & expetere vel averſari & rejicere poteſt, vel ſuſpendere actionem, & imperare externis membris, ut aliquid faciant aut omittant, Ideo ſic condita, ut ante omnia Deum & virtutem expetat & amet, & in Deo lætetur & acquieſcat.

18. Affectus ſunt motus voluntatis & cordis ſequentes cogitationem, quibus objectum à mente vel ſenſu monſtratum vel proſequimur vel fugimus.

19. Lex Dei Spiritualis eſt doctrina patefacta ho- Loc. 5.
mini in prima creatione, & repetita in monte Sinai, docens quales nos eſſe, quæ facere, quæ omittere oporteat, flagitans à nobis omnium virium integritatem, & perfectam, omnibusq; numeris abſolutam obedientiam, tam interiorem quam exteriorem, ac promittens pro ea vitam æternam & omnia bona:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

& agnitam veritatem, non quadam imbecillitate & periculi metu, ſed mera malitia & odio Dei blaſphemare atq; perſequi, & in hoc odio Dei & veritatis ad finem uſq; ſine pœnitentia perſeverare.

Loc. 5. 30. Evangelium eſt lætiſsima concio de filio Dei, Domino noſtro JEſu Chriſto, in qua ex immenſa Dei miſericordia gratis absq; omni merito noſtro propter & per filium Mediatorem offertur omnibus in Chriſtum credentibus remiſsio peccatorum, imputatio juſtitiæ Chriſti, donatio Spiritus Sancti, & hæreditas vitæ æternæ.

31. Gratia Dei eſt gratuita Dei Miſericordia, favor & dilectio, propter filium ejus JEſum Chriſtum Mediatorem nobis promiſſa, qua gratis absq; omni noſtro opere & dignitate remittit peccata noſtra, recipit nos in gratiam, cooptat nos in filios, donat Spiritum ſanctum, & conſtituit hæredes vitæ æternæ.

32. Reconciliatio cum Deo, eſt ipſa gratuita Hominis Juſtificatio & juſtitiæ imputatio, qua Deus propter Chriſtum nos pro juſtis reputat.

33. Acceptatio in gratiam, eſt ipſa remiſsio peccatorum, qua æternus Pater pro immenſa ſua bonitate gratis condonat omnia delicta & nos in gratiam recipit.

34. Adoptio in filios Dei, eſt gratuita juſtificatio & remiſsio peccatorum, qua æternus Pater gratis absq; noſtro merito, ex mera ſua bonitate propter Chriſtum abſolvit nos à peccato, pronunciat nos juſtos, cooptat nos in filios, & conſtituit hæredes vitæ æternæ.

Loc. 6. 35. Opus bonum eſt motus vel actio hominis credentis, profecta ab operatione Spiritus ſancti, con-

gruens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

gruens cum mandato Dei, & directa principaliter ad hunc finem, ut Deus celebretur, & utilitati proximi conſulatur.

36. Sacramentum in genere eſt actio ſacra, immediatè à Deo inſtituta in Eccleſia, conſtans verbo & elementis, ſeu ritu externo, addita promiſsioni gratiæ, ut eam nobis obſignet, & credentibus applicet: utq; Deus per hoc organum operetur in nobis ſalutem, & Eccleſia Chriſti Filij Dei ab alijs cœtibus diſtinguatur. Loc. 7.

37. Baptiſmus non eſt ſimpliciter aqua, ſed divino mandato incluſa, & verbo Dei comprehenſa.

38. Sacramentum altaris eſt verum corpus & verus ſanguis Domini noſtri JEſu Chriſti ſub pane & vino nobis Chriſtianis ad manducandum ac bibendum ab ipſo Chriſto inſtitutum.

39. Pœnitentia eſt converſio Peccatoris ad Deum in qua cor primum agnoſcit ex verbo legis ſuam immunditiem, pravitatem & peccatum, verè expaveſcit propter iram Dei, dolet Deum offenſum eſſe, & verè metuit præſentes & æternas pœnas, quas meruit: Deinde audita promiſsione Evangelij de gratuita remiſsione peccatorum propter Chriſtum donanda, erigit ſeſe, aſpicit immenſam Dei miſericordiam, amplectitur gratiſsimam Evangelij concionem, & firma fiducia in Chriſtum collocata, ſtatuit ſe habere remiſsionem peccatorum, eſſe juſtum & hæredem vitæ æternæ, ideoq; Deo ſerviens novæ obedientiæ obſequiis. Loc. 8.

40. Contritio eſt verus dolor conſcientiæ ob admiſſum peccatum, accenſus in corde voce legis per Spiritum ſanctum, in quo dolore mens agnoſcit ſuas

ſordes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſordes & malitiam, dolet ſe offendiſſe Deum, & metuit præſentes & æternas pœnas.

41. Fides eſt motus in mente, voluntate & corde, accenſus per Spiritum ſanctum voce Evangelij, quo adſentimur verbo Dei, & firmâ fiduciâ ſtatuimus nobis juxta promiſsionem Dei omnia peccata propter Chriſtum Mediatorem remiſſa, nos coram Deo juſtos, & hæredes eſſe vitæ æternæ.

42. Nova obedientia eſt promptitudo Spiritus, qua homo renatus delectatur mandatis Dei, & auxilio Spiritus ſancti reluctatur affectibus carnis, & incipit obedire Deo juxta omnia mandata Dei, quantum in hujus vitæ infirmitate fieri poteſt.

43. Claves Regni cœlorum ſunt poteſtas ſeu Miniſterium ſolvendi & ligandi ſeu remittendi & retinendi peccata, inſtitutum à Chriſto & traditum Eccleſiæ, quo Miniſter Eccleſiæ per vocem Evangelij remiſsionem peccatorum, donationem Spiritus ſancti & vitæ æternæ, multis & ſingulis agentibus pœnitentiam, & petentibus veniam in nomine Chriſti annunciat: ſecuros vero ac contumaciter in peccatis perſeverantes ligat & excommunicat.

44. Separatio Ἀφορισμὸς eſt ſententia Eccleſiæ & miniſtrorum, quo homines externis ſceleribus & impura vita polluti, qui non oſtendunt ſe ſerio dolere de admiſsis peccatis, debito modo ad tempus ſeparantur ab uſu & communione Sacramentorum, ut ſecum perpendant, ſe partem in regno Chriſti non habere, niſi ad Deum convertantur, ſeriò pœnitentiam agant, & cum Eccleſia reconcilientur.

Loc. 9. 45. Eccleſia Chriſti eſt cœtus viſibilis hominum amplectentium doctrinã cœleſtem, Legem & Evangelium,

gelium, & utentium Sacramentis, Baptiſmo & Cœna Domini, juxta inſtitutionem Jeſu Chriſti, In quo cœtu Deus eſt efficax per miniſterium Evangelii, & omnibus temporibus Spiritu ſuo regenerat & ſanctificat homines ad vitam æternam: In quo cœtu ſemper multi ſunt non ſancti, qui hypocriſi ſimulant pietatem, non autem fruuntur beneficiis Mediatoris.

46. Miniſterium Evangelii eſt officium à Deo inſtitutum prædicandi & profitendi in publico Eccleſiæ cœtu verbum Dei, Legem & Evangelium de Chriſto Mediatore, & legitimè adminiſtrandi Sacramenta, annunciandi remiſsionem peccatorum, ſeu abſolvendi agentes pœnitentiam, & excommunicandi contumaces, & ordinandi Eccleſiæ miniſtros, per quod miniſterium Deus vere efficax eſt.

47. Ordinatio miniſtrorum in genere eſt ritus quo Teſtimonium datur certæ perſonæ, quod legitimè vocata & idonea ſit ad docendum Evangelium & adminiſtrandum Sacramenta, additis piis commonefactionibus & precibus.

48. Epiſcopus eſt perſona, mediatè vocata à Deo, ad docendum Evangelium de JEſu Chriſto certo loco deſtinata, mandatum habens ut maneat intra metas doctrinæ Propheticæ & Apoſtolicæ, cui ſimul cura & gubernatio Eccleſiæ in ſpiritualibus demandata eſt.

49. Paſtor eſt perſona, mediatè à Deo vocata, ut certo in loco doceat Evangelion de beneficiis Mediatoris JEſu Chriſti, & Sacramenta adminiſtret, præſit in Spiritualibus certo cœtui, & curam pauperum agat.

50. Mors

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

50. Mors corporis eſt diſſolutio corporis & animæ, & amiſsio vitæ animalis, inflicta homini propter peccatum, qua corpus redit in terram unde ſumptum eſt: anima vero in ſuum locum migrat. Mors animæ, eſt amiſsio lucis, juſticiæ & vitæ ſpiritualis, & abalienatio à Spiritu Dei ſancto, propter peccati corruptionem, in qua miſeria homo eſt ſervus peccati, obnoxius iræ Dei, & deſtinatus ad æternam damnationem.

τέλος.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON NONUS qui eſt Generall. 9.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Jacobus Schutte Ludimoderator Rends-
burg. vocatus ad Sacellanatum Hem-
menſem in Dithmarſia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

DEFINITIONUM THEOLOGICARUM QUIBUS TOTIUS FERE doctrinæ Chriſtianæ ſumma continetur juxta ordinem libelli Catechetici in Scholis uſitati ſparſim contextarum quinquagena ſecunda.

Prol. 1. Chriſtianus eſt perſona renata ex Spiritu Chriſti, quæ ſerio audit & amplectitur doctrinam Jeſu Chriſti comprehenſam in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, & perſpicua confeſsione veritatis & uſu Sacramentorum ſeſe ſeparat à pollutis cœtibus & omnis generis ſectis: vera etjam pietate & moribus honeſtis ornat Evangelij profeſsionem.

2. Scholæ ſunt cœtus docentium & diſcentium literas linguas & artes Deo gratas, & Eccleſiæ Dei ac reipublicæ neceſſarias.

3. Præceptor eſt perſona, mediatè à Deo vocata, ut juventutem, quam in ſuam diſciplinam ſuſcepit, fideliter inſtituat in doctrina pietatis, artibus honeſtis & linguis, Eccleſiæ & Reip. neceſſarijs, ejusq; judicia & mores formet, ut ſuo tempore Eccleſiæ & Reip. uſui & ornamento eſſe poſsit.

4. Scholaſticus eſt perſona, vocata à Deo per parentes vel amicos, ut doctrinam pietatis honeſtas artes & linguas Eccleſiæ & Reipub. neceſſarias probè diſcat, honeſtis moribus à prima juventute imbuatur, dicendo & ſcribendo ſeſe exerceat, ut ſuo tempore, Eccleſiæ, Scholis, Reipublicæ, & aliâs vitæ communi cum fructu & laude fideliter ſerviat, & alijs hominibus pietate & virtute anteeat.

Loc. I. 5. Eſſentia ſeu οὐσία in doctrina de Deo, ſignificat æter-

BIBLIOTHECA REG. HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

æternam & ſpiritualem illam ſubſtantiam, quæ eſt ipſe Deus, & licet ſit ſimpliciſsima, immutabilis & infinita, tamen communis eſt tribus perſonis divinis, æterno patri, æterno filio, & æterno Spiritui ſancto.

6. Perſona ſeu ὑπόστασις eſt ſubſtantia intelligens, individua, incommunicabilis, non ſuſtentata ab alio, nec ordinata ad aliud, nec pars alterius.

7. Summus Sacerdos eſt Perſona prædita divina & humana natura, vocata & conſtituta à Deo, ut agat inter Deum & homines, Dei arcanum conſilium & clementiſsimam voluntatem de liberatione generis humani hominibus revelet, interceſsione ſua, & victima, Deum generi humano reconciliet, & ſanctam colligat Eccleſiam, eiq; communicet lucem, juſticiam & vitam cœleſtem, ut in ea Deus rectè agnoſcatur, invocetur, colatur, & in omni æternitate celebretur.

8. Sacerdotium Chriſti eſt munus ſpirituale ab æterno Patre demandatum unigenito Dei filio, Domino noſtro Jeſu Chriſto Deo & Homini, ut arcanam Dei voluntatem de Redemptione generis humani patefaceret hominibus, utq; pro genere humano apud Deum ſupplex intercederet: tum ut fieret victima pro peccatis mundi, & univerſam Patris iram ſua morte placaret, ac tandem facta peccatorum purgatione Eccleſiam per fidem & Spiritum ſanctum ſanctificaret, & glorioſam in conſpectu Dei adduceret.

9. Rex Eccleſiæ eſt perſona prædita utraq; natura, divina & humana, conſtituta ab æterno Patre, ut in mundo regnum inſtituat ſpirituale, & divina ſua potentia deſtruat regnum peccati & Tyrannidem Satanæ, conterat caput ſerpentis, & miniſterio Spiritus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

tiam perſonam in Divinitate, & novam lucem, vitam & motus ſpirituales, accenſos in homine per Spiritum ſanctum.

29. Vetus ſeu exterior homo caro & corpus peccati ſignificat Paulo totam hominis naturam, quatenus ea à parentibus prognata eſt, corpore & anima cum omnibus viribus, mente & voluntate, appetitionibus & libero arbitrio, & omne quod in homine non renato exiſtit.

30. Novus homo ſeu interior homo, qui & Spiritus dicitur, non eſt ratio vel anima hominis, ſed nova illa creatura in homine, in corpore & anima, quæ eſt ex regeneratione Spiritus ſancti, & renovatur ad imaginem Dei, de die in diem, à claritate in claritatem, in juſticia & ſanctitate vera.

Loc. 4. 31. Scandalum datum eſt aut externum aliquod ſcelus aut factum, aut impium dogma, pugnans cum verbo Dei, aut intempeſtivus uſus libertatis, quo proximi conſcientia vulneratur, vel in errorem inducitur, vel ad peccandum invitatur.

32. Scandalum acceptum ſeu Phariſaicum, eſt aut pia & ſalutaris doctrina de Deo & vita æterna hominum, aut rectum aliquod factum, aut pius zelus, aut neceſſarius uſus libertatis, quo mala mens ita offenditur, ut majores flammas odij adverſus Deum & veritatem concipiat.

Loc. 5. 33. Juſtificatio eſt gratuita acceptatio perſonæ, remiſsio peccatorum, reconciliatio, & gratuita imputatio juſticiæ, ac abſolutio à peccatis ex mera Dei gratia propter filium ejus Jeſum Chriſtum Mediatorem per fidem: quæ juſtificatio fit abſq; omni noſtro opere, dignitate & merito.

34. Im-

4. Imputatio juſticiæ eſt beneficium Patris æter-
, quo juſticiam & merita Jeſu Chriſti, qui noſtro
o & pœnas noſtris peccatis debitas perſolvit, &
verſam legem implevit, nobis in Chriſtum cre-
ntibus ita aſſcribit & imputat, ac ſi nos re ipſa legi
rfectam obedientiam præſtitiſsemus, pœnasq; de-
as ſuſtinuiſſemus.
5. Juſticia Fidei, non eſt aliquod opus legis aut
alitas in nobis exiſtens, ſed eſt ipſa gratuita re-
ſsio peccatorum, donata credenti gratis propter
riſtum, ipſaq; imputatio juſticiæ & obedientiæ
u Chriſti, qua coram Deo juſti reputamur, & hæ-
es ſumus vitæ æternæ.
6. Virtus eſt vera conformitas virium & motuum Loc. 6.
rdis & actionum humanarum cum voluntate Dei,
am in lege patefecit, directa ad hunc finem, ut
us honore adficiatur, & communis hominum ſo-
tas ornetur & promoveatur.
7. Obedientia eſt vera animi promptitudo, exci-
a à Spiritu ſancto, qua homo non ſequitur ſui in-
nij inventa, aut cordis ſui adfectus, ſed obtem-
rat Dei verbo & præceptis, ac omnia conſilia &
tiones ſuas refert ad gloriam Dei & emolumentum
oximi.
8. Sacramentum in novo Teſtamento eſt actio Loc. 7.
ipſo Filio Dei Jeſu Chriſto inſtituta, annexa pro-
ſsioni gratiæ, de gratuita remiſsione peccatorum
nanda propter Chriſtum, ut eam nobis obſignet,
tanquam pignore confirmet, ut per hoc medium
us in nobis ſit efficax ad ſalutem, & ſingulis adpli-
t promiſsionem, utq; hoc ſigno Eccleſia ab alijs
tibus ſegregetur.

facultas, qua mens hominis bona & mala civilia ſeu honeſta & turpia, item artes mechanicas & liberales, & alias res humanæ rationis judicio ſubjectas aliquo modo intelligere, diſcere ac judicare, & voluntas ſine coactione eaſdem aligere aut expetere, vel averſari & fugere poteſt, vel ſuſpendere electionem, & imperare externis membris, ut ſuſcipiant actiones cum judicio mentis congruentes vel non congruentes.

19. Liberum arbitrium in renatis ex aqua & Spiritu, eſt facultas, qua mens & voluntas per filium Dei à ſervitute peccati liberata, & adjuta per Spiritum ſanctum, ſuo etjam conatu & diligentia, non modo externos mores honeſtè regere, & externa ſcelera vitare: verumetjam interiores & ſpirituales motus animi, ut veram agnitionem Dei, invocationem, patientiam &c. exuſcitare, fovere & exercere, & vitioſis inclinationibus reſiſtere, vel rurſum à Deo deficere poteſt.

Loc. 5. 20. Lex naturæ eſt notitia principiorum practicorum, & concluſionum ex his extructarum, de regendis moribus, congruentes cum lege divina, inſita nobis divinitus, ut ſit teſtimonium quod ſit Deus & qualis ſit, & ut ſit rectrix vitæ.

21. Jus poſitivum eſt jus legitimæ poteſtatis, non pugnans cum jure naturæ, ſed addens ad jus naturæ circumſtantiam aliquam probabili ratione non neceſſariò definitam.

22. Juſticia legis eſt ſpiritualis & integra obedientia, qua homo toto corde ſuo, omnibus viribus, appetitionibus, motibus & actionibus univerſæ legi ſatisfacit, & abſtinet ab omni peccato.

23. Ceremoniæ adiaphoræ ſeu indifferentes ſunt

ritus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ritus non mandati divinitus, neq; etjam prohibiti: ſed inſtituti ab hominibus, quos in Eccleſia uſurpamus decoris & boni ordinis gratia.

24. Libertas Chriſtiana non eſt immunitas ab oneribus civilibus: ſed eſt bonum ſpirituale, nimirum quod nos, qui eramus natura filij iræ, & ſub Tyrannide peccati & Satanæ captivi tenebamur, per Jeſum Chriſtum Redemptorem noſtrum liberati ſumus ab ira Dei à peccato, à maledictione Legis & toto regno Satanæ, & donati Spiritu ſancto, qui nos regenerat novis viribus & libertate ornat, ut in regno Chriſti Deo & juſticiæ, ſine coactione Legis, ſpiritu ſpontaneo & voluntate libera ſervire poſsimus.

25. Libertas civilis eſt facultas corporalis, ordinata legibus, honeſtè transferendi corpus & eligendi honeſtas operas pro arbitrio, & habendi res proprias, & diſponendi de eis jure dominij pro arbitrio, habens & legitimam defenſionem corporis & rerum.

26. Caro in ſacra ſcriptura ſignificat totum hominem, corpus & animam cum omnibus viribus & facultatibus ſuperioribus & inferioribus, quatenus à parentibus ortum habet, nec dum eſt per Spiritum Sanctum ad vitam cœleſtem regenitus.

27. Litera apud Paulum oppoſita ſpiritui ſignificat doctrinam legis & externæ diſciplinæ gubernationem, quæ etſi hominem vi & ſuppliciorum metu aliquomodo, quo ad externam vitam attinet, in officio continet, tamen non vivificat hominem, ſed potius denunciatione judicij & iræ divinæ terret, & morti ſubijcit hominem.

28. Spiritus in ſacra ſcriptura, cum carni & literæ opponitur, ſignificat ipſum Spiritum ſanctum ter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

colligat in genere humano Eccleſiam, eamq; eripiat ex faucibus Satanæ mortis & inferni, defendat contra Tyrannos, donis Spiritus ſancti, juſticia, vita & læticia cœleſti, & tandem æterna beatitudine ornet.

10. Regnum Chriſti eſt ſpirituale imperium conſtitutum à Patre æterno, & traditum Filio ſuper omnes creaturas in cœlo & in terra, in quo Jeſus Chriſtus, æternus Deus & unicus Eccleſiæ Salvator, ſedens ad dexteram Dei, omnium hominum corda & voluntates in ſua habet poteſtate, & per verbum Sacramenta & Spiritum ſanctum colligit, regit, conſolatur, defendit & ſalvat Eccleſiam, remittit credentibus peccata, delet mortem & deſtruit potentiam Satanæ, & omnes Evangelion aſpernantes ad æternos abjicit cruciatus.

11. Redemptor Eccleſiæ eſt perſona, utraq; natura, divina & humana prædita, conſtituta ab æterno Patre, ut ſit victima pro genere humano, & ſuo ſanguine & morte perſolvat λύτρον pro peccatis mundi, impleat legem pro nobis ſua obedientia, atq; ita eripiat nos ab ira Dei, à maledictione legis, à peccato, à terroribus conſcientiæ, à poteſtate mortis & Tyrannide Satanæ, & donet nobis juſticiam & vitam ſempiternam.

Loc. 2. 12. Providentia Dei eſt divina ratio & cura, qua univerſum hunc Mundum ſuſtentat & gubernat, habet ſingulas creaturas in manu & arbitrio, moderatur omnia pro ſuo beneplacito & divino conſilio: colligit in mundo Eccleſiam, regit ſanctos ſuo Spiritu, impios ſinit graſſari ad tempus, præfigens metam & modum: bonos adjuvat & præmijs ornat: mala permittit & punit.

13. De-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

13. Determinatio divina eſt pars Providentiæ, qua Deus omnia cernens, cunctos etjam futuros eventus ſive bonos, ſive malos proſpicit: & bonos adjuvat, malos autem permittit, & terminos ac metas conſtituit, quouſq; ſit permiſſurus.

14. Præſcientia Dei eſt infinita Dei ſapientia & cognitio, qua omnia futura, tam mala, quam bona, non minus quam præſentia ab æterno prævidet & intuetur: neq; ullus rerum eventus eum latere poteſt.

15. Imago Dei, ad quam homo in prima creatione conditus fuit, eſt conformitas & ſimilitudo, qua homo congruebat cum archetypo Deo, conditore ſuo, videlicet clara lux & ſapientia in mente ſine caligine agnoſcens Deum & ejus voluntatem, rectitudo voluntatis probans & expetens juſta & recta, integritas & libertas omnium virium, & vita perpetua.

16. Liberum arbitrium in omnibus Angelis & hominibus ante lapſum, fuit facultas mentis & voluntatis, qua poterant Angeli & Homines eſſentiam & voluntatem Dei conditoris ſine ulla caligine & errore agnoſcere, & juſticiam & ſanctitatem veram, in qua conditi erant, juvante Deo, retinere, & ſpontè ac ſeriò Deo perfectè obedire, vel ab eo deficere & peccare.

17. Servum arbitrium eſt ſpiritualis captivitas, qua totus homo non renatus ſubjectus eſt iræ Dei & maledictioni Legis, tenetur concluſus ſub peccato & tyrannide Diaboli, nec poteſt ſeſe proprijs viribus ab his malis liberare, neq; ſe ad gratiam adplicare, annuere, adſentiri, aut credere Evangelio, ſed totus eſt mancipium peccati & mortis.

18. Liberum arbitrium in homine poſt lapſum eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

39. Baptiſmus eſt actio ab ipſo Deo in novo Teſtamento inſtituta, in qua homo tingitur aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ad teſtificandum, quod verus & æternus Deus propter Filium Mediatorem baptizato remittat omnia peccata, hoc medio inſerat eum corpori Eccleſiæ, det ei Spiritum ſanctum, & adoptet eum in filium & hæredem omnium æternorum bonorum.

40. Cœna Domini eſt actio ab ipſo Filio Dei Jeſu Chriſto in ultima cœna ante mortem inſtituta, in qua ſub pane & vino verè exhibet verum & ſubſtantiale corpus ſuum manducandum, & verum ſanguinem ſuum bibendum nobis omnibus, qui juxta ipſius inſtitutionem hac ſacra cœna utimur, in teſtimonium & pignus, quod corpus ſuum pro nobis tradiderit, & ſanguinem ſuum in remiſsionem noſtrorum peccatorum effuderit, quodq; in nobis habitare, & ad vitam æternam nos ſuſtentare velit.

Loc. 8. 41. Confeſsio peccati, eſt pars contritionis qua coram Deo peccata noſtra agnoſcimus, & ex animo deploramus, & nos reos eſſe iræ Dei & æternæ damnationis propter peccatum confitemur, ac verè dolemus nos Deum offendiſſe, & petimus veniam ac remiſsionem peccatorum propter Chriſtum.

42. Confeſsio publica eſt, quæ fit vel à tota Eccleſia in publicis calamitatibus & periculis, vel in publico cœtu Eccleſiæ à ſingulis qui rei enormium delictorum quæ alijs nota ſunt, coram presbytero & tota Eccleſia fatentur delicta, & veniam à Deo & Eccleſia petunt.

43. Abſolutio eſt annunciatio Remiſsionis peccatorum, qua miniſter Evangelij in nomine Chriſti, pecca-

peccatorem agentem pœnitentiam, & petentem veniam à peccato ira Dei & æterna condemnatione in cœlo ſolutum & liberum eſſe teſtatur.

44. Excommunicatio ἀνάθημα eſt ſententia veræ Eccleſiæ Chriſti, qua is, qui antea fuit civis Eccleſiæ, aut propter blaſphemum errorem, quem poſt alteram commonefactionem deponere non vult, ſed eum pertinaciter defendit, vel propter externa & notoria ſcelera, de quibus nec admonitus pœnitentiam agit, excluditur à communione Sacramentorum & omni ſocietate fidelium, abſcinditur tanquam mortuum membrum à corpore Chriſti, & poteſtati Satanæ traditur: qua ſententia nihil in terris poteſt dici triſtius, aut magis tremendum.

45. Propheta in veteri Teſtamento eſt perſona, immediatè à Deo ad repurgandam doctrinam de Deo, & ad illuſtrandam promiſsionem de Meſsia, & ad gubernanda aliqua politica conſilia miſſa, & ornata teſtimonio miraculorum, ut certum eſſet doctrinam ejus divinam eſſe. Propheta in novo Teſtamento eſt perſona immediatè vocata à Deo ad propagandam doctrinam Evangelii, & colligendam Eccleſiam ex Judæis & Gentibus, quæ cum gubernatione politica nihil commune habet: ornata eſt autem divinitus dono vaticinandi, & futura Eccleſiæ prædicendi, habens teſtimonium quod non erret, ſed in Spiritu ſancto loquatur. Loc. 9.

46. Apoſtolus eſt perſona, immediatè ab ipſo Filio Dei Domino noſtro Jeſu Chriſto vocata, ut ſit teſtis doctrinæ, miraculorum, paſsionis, mortis, & reſurrectionis Jeſu Chriſti, non alligata certo loco, ſed miſſa in orbem terrarum, ut paſsim doceat Evangelium,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

lium, inſtructa dono edendi miracula, & ſanandi ægrotos, & ornata viſibili donatione Spiritus ſancti, & peritia variarum linguarum: unde conſtat eam in doctrina non errare, ſed indubiam veritatem de conſequenda ſalute æterna adferre.

47. Evangeliſta eſt perſona mediatè vocata per Apoſtolos, ornata viſibili donatione Spiritus ſancti, & miſſa in orbem, ut multis in locis conſtituat Eccleſias, juxta doctrinam Apoſtolorum, & juvet propagationem inter Gentes & ordinet Paſtores & Presbyteros.

48. Doctor in Eccleſia vel Profeſſor Theologiæ eſt perſona mediatè à Deo vocata ad docendum & propagandum Evangelium de beneficiis Mediatoris, ad explicandum juventuti ſcripta Prophetica & Apoſtolica, & refutandos errores pugnantes cum articulis fidei, non onerata adminiſtratione Sacramentorum, vel gubernatione Eccleſiæ.

49. Presbiter eſt perſona, mediatè vocata à Deo, ut in progagatione Evangelii de beneficiis Mediatoris, & adminiſtratione Sacramentorum juvet Paſtorem, partemq; oneris in gubernanda diſciplina, & regenda Eccleſia ſuſtineat.

Loc. 10. 50. Extremum judicium eſt, in quo Filius Dei Dominus noſter Jeſus Chriſtus in forma naturæ humanæ à ſe aſſumptæ, omnes homines pios & impios ex morte reſuſcitatos ante tribunal ſuum adducet, & impios & damnatos unà cum Diabolis in æternum ignem abjiciet: Pios vero & electos in Regnum cœlorum ante mundi conditionem ipſis paratum transferet.

τέλος.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS DECIMUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Gerhardus Koſter vocatus ad Sacellanatum Oſterheverenſem in
Eiderſtadia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

DEFINITIONUM THEOLOGICARUM, QUIBUS TOTIUS FERÈ doctrinæ Chriſtianæ ſumma continetur, juxta ordinem libelli Catechetici in Scholis uſitati ſparſim contextarum quinquagena tertia.

Prol. 1. Theologia eſt doctrina de Dei eſſentia & voluntate, ac beneficiis generi humano propter Chriſtum Mediatorem exhibitis, & cultibus ipſi viciſſim debitit, patefacta in verbo Dei, per Prophetas & Apoſtolos tradito, & illuſtribus teſtimoniis miraculorum confirmata, per quam Deus verè efficax eſt, & veram ſui agnitionem, remiſsionem peccatorum, & vitam æternam credentibus impertit.

Loc. I. 2. Pater eſt prima perſona in Trinitate, æterna, juſta, bona, verax, immenſæ potentiæ & ſapientiæ, qui pater ab æterno genuit filium imaginem ſuam, & unà cum filio & Spiritu ſancto condidit & conſervat omnes creaturas, mittens filium redemptorem & Spiritum Sanctum ſanctificationis operatorem.

3. Filius eſt ſecunda perſona divinitatis, æterna, juſta, bona, verax, immenſæ ſapientiæ & potentiæ, non facta, ſed genita ab æterno à patre, eſtq; patris verbum, & imago ſubſtantiæ ejus, quæ perſona ſtatuto tempore aſſumpſit humanam naturam in utero Mariæ virginis, & conſtituta eſt à patre, ut ſit victima pro genere humano, redemptor, rex & ſacerdos Eccleſiæ: quæ perſona cum patre & Spiritu Sancto condidit & conſervat omnes creaturas, mittitq; à Patre Spiritum Sanctum.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

4. Spi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

4. Spiritus ſanctus eſt tertia perſona divinitatis, æterna, juſta, bona, verax, immenſæ ſapientiæ & potentiæ, non genita nec facta, ſed ab æterno procedens à patre & filio, quæ perſona à patre & filio mittitur, ut homines convertat & regeneret, & in cordibus eorum accendat lucem, juſtitiam, lætitiam, vitam, conſcientiæ pacem, & ſimiles motus Deo congruentes: quæ perſona cum patre & filio condidit & conſervat cœlum et terram, & omnia quæ in eis ſunt.

5. Interceſſor Eccleſiæ eſt perſona, prædita divina & humana Natura, conſtituta ab æterno Patre, ut intercedat pro genere humano, prolapſo in mortem, & ſua interceſsione, obedientia & ſacrificio placet iram Dei, aboleat Legis maledictionem, reconciliet nos Deo, & impetret credentibus juſtitiam & vitam æternam.

6. Liberator Eccleſiæ, eſt perſona prædita divina & humana Natura, conſtituta ab æterno Patre, ut genus humanum avulſum à Deo per peccatum, & in mortem prolapſum, divina ſua potentia eripiat ex tyrannide Satanæ, mortis, peccati & inferni, & liberet ab omnibus hoſtibus, & transferat fideles in regnum lucis & juſtitiæ cœleſtis.

7. Invocatio eſt cultus Dei, quo homo in Spiritu & veritate invocat verum Deum, qui ſe miſſo filio & dato Spiritu Sancto patefecit, & omnis generis beneficia, tam ſpiritualia quàm corporalia, ſubmiſsè à Deo petit in nomine JEſu Chriſti Mediatoris, & firma fiducia ſtatuit preces ſuas à Deo exaudiri.

8. Gratiarum actio eſt opus bonum mandatum à Deo, & accenſum à Spiritu Sancto, quo homo agnoſcit immenſa & innumera beneficia, quæ à Deo ac-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

cepit, prædicat Dei ſapientiã, juſtitiam, immenſam potentiam, bonitatem, clementiam, veritatem & beneficentiam, non ſolum ore, ſed etjam exemplis pietatis & juſtitiæ, atq; ita invitat alios ad pietatis ſtudium & invocationem.

Loc. 2. 9. Bonum creatum eſt res condita à Deo, congruens cum ſapientia & juſtitia in mente & voluntate divina, illuſtrans gloriam Dei, & utilis generi humano.

10. Bonum honeſtum morale eſt motus vel actio in Angelis & hominibus, congruens cum Lege & voluntate DEI.

11. Bonum utile eſt res condita à Deo, congruens cum ordine à Deo inſtituto, conducens naturæ, & ejus conſervationem adjuvans.

12. Bonum ſuave eſt lætitia in mente & voluntate, orta ab intellectu ordinis divini, pulchritudinis & utilitatis, & eſt in ſenſu convenientia objecti cum nervis organis ſenſuum.

Loc. 3. 13. Timor Dei eſt motus cordis & voluntatis, accenſus per Spiritum ſanctum, quo ſtatuimus, quod verè ſit Deus, & quod ſit juſtus & vindex ſcelerum, ac propterea cavemus, ne iram ejus provocemus; ſed omnes noſtras actiones, conſilia & conatus juxta ipſius voluntatẽ in verbo ejus expreſſam dirigimus.

14. Pietas in Deum eſt ſincerus cordis motus, accenſus à Spiritu ſancto, quo verum Deum & ejus voluntatem agnoſcimus, verbo ejus fidem habemus, beneficia Mediatoris magnifacimus, Deum ex animo diligimus, iram ejus metuimus, & omnes vitæ actiones & conſilia ad laudem & gloriam Dei dirigimus.

15. Jusjurandum eſt opus bonum, mandatum à

Deo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Deo, quo vel juſsi à magiſtratu, vel propter neceſsitatem Deo probatam adſeveramus rem nobis perſpectam cum invocatione veri Dei, ut ſit teſtis dictorum & judex ſeverus, ita ut innocentem & veracem defendat, fallentem vero & nomine divino abutentem puniat & coërceat.

16. Magiſtratus civilis eſt perſona vocata à Deo ad gubernationem Reipub. ut ſit cuſtos Legum divinarum, & ferat atq; exequatur ſuas Leges, quæ ad civilem gubernationem neceſſariæ ſunt, & cum verbo Dei & jure Naturæ non pugnant: armata divinitus gladio, ut defendat innocentes, & vi puniat contumaces.

17. Politia eſt legitima ordinatio certi cœtus hominum, honeſtis legibus cum norma legis Naturæ congruentibus conſociati, in quo per certos Magiſtratus juxta certas leges conſervatur diſciplina & pax, & judicia exercentur, cujus finis eſſe debet, ut cives de Deo doceri, & diſciplina honeſtè regi, ſoboles in timore Domini educari & inſtitui, artes utiles humanæ vitæ propagari, turbatores verò humanæ ſocietatis arceri poſsint.

18. Rex eſt Magiſtratus à Deo conſtitutus, ſummam in regno poteſtatem tenens: qui jus dicit ſuis civibus ſecundum leges honeſtas, congruentes cum verbo Dei & jure Naturæ: pœnis adficit ſontes, defendit innocentes & bonos, & habet ſtudium ſuis ſubditis benefaciendi.

19. Bellum juſtum eſt legitima defenſio Magiſtratus vel ſubditorum, neceſſariò ſuſcepta ad tuendam Eccleſiam, Rempub. conjuges, liberos, leges, diſciplinam, libertatem, & juſtas rerum poſſeſsiones atq; vindicationes.

 20. Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

20. Conjugium eſt indiſſolubilis conjunctio unius Maris, & unius Fœminæ, ab ipſo Deo ordinata atq; inſtituta, ut homo habeat vitæ ſociam et adjutorium, & legitima ac caſta conſuetudine Maris & Fœminæ genus humanum, atq; ipſa Eccleſia in terris propagetur, omnes libidinum confuſiones vitentur, ut hoc fœdus ſit figura arctiſsimæ conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ.

21. Oeconomia eſt adminiſtratio rei familiaris, juxta Dei verbum, & leges honeſtas, ita ut nobis, conjugi, liberis, & familiæ honeſto labore victum & vitæ neceſſaria acquiramus, noſtros defendamus contra aliorum injuriam, bona parta rectè collocemus, liberos & familiam in timore Domini educemus & prudenter regamus, & res noſtras domeſticas ordine & diligenter diſponamus.

22. Contractus eſt mutua & honeſta conſenſio duorum vel plurium, de re aliqua legitimo modo transferenda, vel quoad dominium, vel quoad uſum, vel quoad aliam aliquam obligationem divinitus ordinatam.

23. Juſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas, ſuum cuiq; tribuens.

24. Juſtitia commutativa, eſt virtus ſeptimi præcepti, accenſa à Spiritu ſancto, qua quis abſtinet ab alieno, propriis bonis rectè, & juxta Dei voluntatem utitur, & in rerum commutatione ſervat æqualitatem Arithmetica proportione.

25. Juſtitia diſtributiva eſt virtus quarti præcepti, qua in vero timore Domini Magiſtratus diſcernit gradus perſonarum, officiorum & delictorum, & ſervat convenientiã, ſingulis ſuum tribuens vel honorem, vel locum, vel pœnam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

26. Malum non eſt res condita à Deo, ſed eſt confuſio, deformatio & deſtructio rei à Deo conditæ. Loc. 4.

27. Malum naturale eſt privatio ſapientiæ, juſtitiæ & lætitiæ in natura intelligente & alijs rebus, eſt deſtructio ordinis, in qualibet natura à Deo inſtituti.

28. Malum culpæ eſt privatio juſtitiæ in natura intelligente, & diſcrepantia motuum & actionum à lege Dei.

29. Malum pœnæ eſt deſtructio naturæ, juſto Dei judicio deſtinata propter peccatum commiſſum, ut de ſevera Dei juſtitia teſtetur.

30. Concupiſcentia eſt ἀταξία, corruptio & pravitas totius humanæ naturæ & omnium virium, pugnans cum lege Dei, orta ex lapſu Adæ, videlicet tenebræ & caligo in mente ignorante Deum, pronitas ad errores, idolatriam & dubitationes de Deo, in voluntate injuſtitia & averſio à Deo, in corde contumacia, impuritas, inclinatio ad pravos adfectus, iram livorem, avaritiam, flammas libidinum, cupiditatem vindictæ & omnis generis peccata, & ex hoc defectu & corruptione pullulantes impuri motus & adfectus: quæ mala carnali procreatione transferuntur in omnes poſteros Adæ, & merentur præſentes & æternas pœnas, niſi facta fuerit remiſsio propter Chriſtum.

31. Regeneratio eſt actio Spiritus ſancti, qua per verbum Dei viventis & Baptiſmum ex filio iræ & mortis immenſa bonitate & potentia divina generat filium Dei & hæredem vitæ æternæ. Loc. 5.

32. Vivificatio eſt novæ vitæ donatio, quæ ſequitur juſtificationem, eſtq; ipſa conſolatio & gaudium, quod ſequitur ex juſtificatione per fidem. Et eſt in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſtauratio imaginis Dei, videlicet nova lux in mente, rectitudo in voluntate, & nova vita & lætitia in anima & corde hominis, in quo jam habitat Spiritus ſanctus.

33. Renovatio eſt actio Spiritus ſancti, qua habitans in juſtificato per fidem, expurgat & mortificat veterem hominem cum ſuis adfectibus & cupiditatibus: Creat autem in eo novum hominem, & reſtituit Dei imaginem amiſſam per peccatum, accendit in mente novam & ſpiritualem lucem & veram Dei notitiam, voluntatem flectit ad juſtitiam & obedientiam, in corde excitat dilectionem Dei & motus congruentes cum lege, atq; voluntate Dei.

34. Vetus Teſtamentum ſeu fœdus eſt promulgatio legis, & conſtitutio ſacerdotij & politiæ in populo Judaico, in quo obligavit ſe Deus huic populo, promiſit ei vitam æternam, & corporalia bona, videlicet certam regni ſedem, pacem, defenſionem, fertilitatem agrorum, multitudinem ſobolis, victoriam, & in tota vita admirandam felicitatem, cum hac conditione, Si omnia Dei præcepta obſervaret: Simul etjam mortem, & omnis generis plagas minatus eſt inobedientibus, in hunc finem, ut populus legis tanquam carcere concluſus teneretur, & ad agnitionem peccati impelleretur: tum ut promiſsio de Meſsia aſſervaretur & propagaretur.

35. Novum Teſtamentum ſeu fœdus, eſt ipſa promiſsio Evangelij, in qua Pater æternus de cœlo annunciavit, ſe daturum generi humano, lapſo in mortem, unigenitum filium ſuum, qui morte ſua ſit expiaturus peccata Mundi, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.

36. Cul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

36. Cultus Dei eſt bonum opus mandatum à Deo, Loc. 6.
præſtitum in agnitione & fiducia Mediatoris JEſu Chriſti, hoc fine, ut Deus laude celebretur, Eccleſia ædificetur, & proximi commodis conſulatur.

37. Sacerdos in genere eſt perſona à Deo ordinata, ut ſonet Evangelion & oret pro aliis, habens promiſsionem quod exaudiatur, & offerat ſacrificia, quæ Deus inſtituit. Loc. 7.

38. Sacrificium in genere eſt actio divinitus inſtituta, qua Deo certa in fide præſtatur obedientia, hoc fine, vel ut Dei ira placetur, & generis humani peccata expientur: vel ut Deo pro acceptis beneficijs gratiæ agantur, isq; honore afficiatur.

39. Ιλαστικὸν, ſeu propitiatorium ſacrificium, eſt tota obedientia, paſsio & mors Filij Dei Domini noſtri JEſu Chriſti, qua perſolvit λύτρον pro peccatis totius generis humani, placavit iram Dei, ſatisfecit legi pro nobis, & meruit Eccleſiæ juſtitiam & vitam æternam.

40. Ευχαριστικὰ ſacrificia ſunt omnia fidelium opera, quæ juxta expreſſum Dei mandatum fiunt, in Spiritu & veritate, in vera fide ſeu fiducia Mediatoris JEſu Chriſti, per quem Deo ſunt reconciliati, & veris motibus cordis à Spiritu ſancto accenſis præſtantur, & in hunc finem referuntur, ut Deus honore afficiatur. Verum ſacrificium eſt omne opus quod agitur, ut ſancta ſocietate inhæreamus Deo, & ad eundem finem proximo conſulamus. Auguſt.

41. Satisfactio vera pro peccatis, eſt obedientia Loc. 8.
& paſsio Filij Dei, Domini noſtri JEſu Chriſti, qua ipſe juxta Dei mandatum & voluntatem pro totius mundi peccatis, immotæ juſticiæ divinæ ſatisfecit,
&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

& totam legem noſtro loco implevit, propter quam ſatisfactionem Deus omnibus in Chriſtum credentibus remittit peccata, & largitur gratis vitam æternam.

42. Satisfactio civilis eſt reſtitutio rei alienæ, per injuriam ablatæ, ut famæ, conjugis, pecuniæ, aut aliarum rerum, qua proximo quidem qui læſus fuit, & legibns civilibus aliqua ex parte ſatisfit: non autem judicio & iræ divinæ, quæ peccato hominis provocata eſt.

43. Satisfactio Canonica ſeu Eccleſiaſtica eſt obedientia erga miniſterium & totam Eccleſiam, qua quis manifeſto pollutus ſcelere, quo totam offendit Eccleſiam, humiliter ſubjicit ſe Eccleſiæ, obtemperat ejus mandato, publicam agit pœnitentiam, & veniam ac reconciliationem ab Eccleſia petit: quæ obedientia Eccleſiæ quidem voluntati & judicio ſatisfacit, ſed non ſatisfacit Deo pro peccato.

44. Satisfactio Pontificia eſt opus non mandatum à Deo, ſed impoſitum ab Epiſcopis & Paſtoribus virtute clavium, quo Pontificij fingunt ſatisfieri Deo alioquo modo pro peccato admiſſo, & æternas pœnas in temporales commutari.

Loc. 9. 45. Adflictio eſt calamitas divinitus hominibus impoſita, ut de agenda pœnitentia ſeriò cogitent, imagini filij Dei conformes reddantur, ad invocationem excitentur, & fidem ac patientiã exerceant.

46. λύτρον eſt paſsio Domini noſtri JEſu Chriſti, qua ſatisfactum eſt juſtitiæ Dei pro peccatis generis humani, placata ira Dei, & credentibus impetrata eſt vita æterna.

47. Δοκι-

47. Δοκιμασίαι ſunt afflictiones piorum, divinitus impoſitæ, ut fidei ſinceritatem explorent & exerceant, & piis occaſionem præbeant, ardentius Deum invocandi & accuratius cavendi peccata.

48. Μαρτύριον eſt corporalis adflictio & calamitas divinitus impoſita, quam pii fiducia Mediatoris patienter & conſtanter ſuſtinent, qua teſtantur, ſe ſerio amplecti doctrinam Chriſti, ſe ſtatuere, quod hæc doctrina ſit æterna Dei veritas, & ſe certo expectare æternæ vitæ Beatitudinem.

49. Τιμωρία eſt calamitas & miſeria divinitus inflicta propter peccatum, qua vocat Deus homines ad pœnitentiam, & admonet eos de impendentibus ſuppliciis æternis, niſi reſipuerint, & veniam per fidem in Mediatorem impetraverint.

50. Vita æterna erit conſpectus Dei quo Eccleſia Loc. 10.
reſuſcitata ex morte, & prorſus ab omni peccato liberata, coram intuebitur eſſentiam & voluntatem totius Divinitatis, æterni Patris, Filii, & Spiritus ſancti, & nova ac perpetua luce, ſapientia, juſtitia, vita & læticia æterna à Deo, qui erit omnia in omnibus, complebitur, & viciſsim Deum celebrabit in omni æternitate. Mors impiorum æterna, ſeu mors ſecunda, erit horribilis pavor, anxietas, fuga, & acerbiſsimus cruciatus cordis & animæ in æternum remotæ à conſpectu Dei, & ſuſtinens iram Dei, & ſupplicia corporum in ignibus viventium ſine combuſtione, dolorem ſentientium ſine fide.

τέλος.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS UNDECIMUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Jacobus Boëtius vocatus ad Paſtoratum
S. Johan. in inſula Foëre.

M. D. C. IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

POSITIONES THEOLOGICÆ EX CONFESSIONE FIDEI D. Doctoris Lutheri.

1. Conſtituimus, Deo nos bene juvante, hoc Agone & proximo, ſummam doctrinæ Chriſtianæ diſcutiendam proponere, breviter comprehenſam aſſertionibus aliquot deſumtis ex Confeſsione Fidei à Reverendo Patre D. Doctore Luthero Anno 1529. ſcripta, quæ extat Tomo VI. Witeb. Germ.

2. Edidit eam magna adactus neceſsitate, & ſancto zelo, quemadmodum in prooemio oſtenditur.

3. Cum enim animadverteret ſectas & errores indies magis magisq; invaleſcere, neq; ullum vel modum vel finem inſaniendi ac furendi Satanam facere: Ne forte quis ipſo vel ſuperſtite, vel fato functo, ſcripta ab ipſo edita erroribus ſuis & fanaticis opinionibus nefariè prætexeret: Quam fabulam jam tum Sacramentarii & Anabaptiſtæ agere cœperant: voluit hoc tractatu fidem ſuam in conſpectu Dei totiusq; mundi particulatim & breviter proponere, in qua ad ultimum uſq; vitæ Spiritum divina ope perſiſtere, ex hoc mundo excedere, & ad tribunal Chriſti accedere conſtituerit.

4. Orditur à ſublimi illo divinæ Majeſtatis articulo, dicitq; ſe contra omnis generis hæreticos toto corde credere, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum tres diſtinctas eſſe perſonas, unicum verum, & naturâ Deum, creatorem cœli & terræ, omniumq; rerum.

5. Accedit deinde ad doctrinam de incarnatione, de qua ſacra ſcriptura nos docet, quod neq; Pater

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

neq; Spiritus Sanctus, verum media in Deo perſona, nimirum filius ſolus verus homo factus eſt, ex Spiritu Sancto, ſine virili opera conceptus, & ex caſtâ ſanctâq; virgine Mariâ, tanquam ex verâ naturali matre natus.

6. Neq; vero Deus Filius, corpus tantum, ſed animam etjam, plenam nimirum & perfectam humanitatem ſeu humanam naturam aſſumſit: utpote verum ſemen, vera progenies Abrahamo & Davidi promiſſa, naturalis Mariæ filius, vereq; natus, omni prorſus modo verus homo, uti nos ſinguli, excepto eo, quod abſq; peccato tantum ex virgine per Spiritum Sanctum carnem aſſumſit.

7. Interim hic idem homo verus eſt DEus, una, æterna, inſeparabilis perſona ex Deo & homine:

8. Ita ut beata virgo Maria ſit vera indubitata Mater, non tantum hominis Chriſti, ſed Filii Dei mater, Evangeliſta teſtante: τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται υἱὸς θεοῦ.

9. Eſt itaq; (ut ſummatim repetam) hic noſter & omnium Dominus JEſus Chriſtus, Dei & Mariæ, unicus, verus, naturalis filius, verus Deus & homo.

10. Hic ipſe Dei & Mariæ Filius Dominus noſter JEſus Chriſtus pro nobis miſeris peccatoribus paſſus eſt, crucifixus, mortuus & ſepultus, ut nos à peccato, morte, & ira Dei æterna, per ſanguinem ſuum innocentem redimeret.

11. Tertia quoque die à morte reſurrexit, in cœlum aſcendit, ſedens ad dextram Dei patris omnipotentis, Dominus omnium Dominorum, omniumq; creaturarum, τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, vitæ & mortis, peccati & juſtitiæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

12. Etenim ſcriptura demonſtrat, quod omnes homines, ut ab uno homine Adamo originem trahunt, ita ab hoc ipſo per carnalem propagationem ſeu nativitatem, ſecum in mundum afferunt, ceu hæreditate acquiſitum, reatum, culpam, debitum & peccatum, quod ille ipſe Adam in Paradiſo per malitiam Diaboli contraxit, patravit & paravit.

13. Unde eſt quod homines ad unum omnes in peccato naſcuntur, vivunt & moriuntur, rei æternæ mortis, niſi JEſus Chriſtus nobis ſubveniſſet, atq; hæc mala inſtar ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου in ſe derivaſſet, paſsione ſua pro nobis ſolvens atque etjamnum quotidie ἐντυγχάνων ὑπὲρ ἡμῶν, fidelis nimirum & miſericors Mediator, Salvator, & unicus Sacerdos & Epiſcopus animarum noſtrarum.

14. Erronea itaque eſt omnis, quæ liberum noſtrum arbitrium extollit, doctrina, ut quæ è diametro acerrimeq; cum hac Salvatoris noſtri JEſu Chriſti gratia & auxilio pugnat.

15. Quoniam enim extra Chriſtum, mors, peccatum & Satanas nobis dominantur: nulla vel vis, vel robur, vel efficacia, vel potentia, nulla vel ſapientia, vel ingenium, vel acumen, vel intellectus in nobis dari poteſt, quibus ad juſtitiam & vitam vel aſpiremus vel præparemur.

16. Quin potius cœci & captivi ſumus & manemus, peccati & Diaboli mancipia, nil aliud cogitantes, nil aliud facientes, quam quod ipſis placeat, Deo autem præceptisq; ejus adverſetur.

17. Inepti itaq; ſunt Pelagiani tum recentiores tum vetuſtiores, qui vitium originale non pro peccato, ſed pro defectu aut nævo habent.

 18. Om-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

18. Omnino ſiquidem neceſſe eſt peccatum originis, peccatum, ultra quam cogitari dicive poteſt, horribile & ingens eſſe, quoniam οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν. τὸ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος. τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία.

19. Huc pertinet & Davidis illud: Ecce ex ſemine corrupto in iniquitatibus genitus ſum, & in peccatis concepit (ἐκίσσησε) me mater mea. Non dicit mater mea cum peccatis me concepit, ſed Ego Ego ex ſemine peccato infecto ſum genitus, & mater mea in peccato me concepit, hoc eſt, ego in utero materno ex ſemine peccato obnoxio ſuccrevi.

20. Eodem porro jure conſequenter omnes ordines, regulæ, monaſteria, cum cæteris omnibus ab hominibus ſupra & extra ſcripturam inventis & inſtitutis, votisq; & neceſsitate obſtrictis, tanquam Sectæ Satanicæ & errores præſentiſsimi ſerio rejiciuntur & damnantur.

21. Quibus, etſi multi magni Sancti & Electi Dei aliquandiu faſcinati, ſeducti, involutiq; fuerint, atq; in ijs ætatem egerint:

22. Tandem tamen per fidem in JEſum Chriſtum ſunt liberati, atq; ex ijs emerſerunt.

23. Hujusmodi ordines, ſtatuta & Sectæ, quoniam hoc conſilio, ut per ea vita æterna acquiratur, peccatum & mors evitentur, à maxima hominum parte obſervantur & tenentur:

24. Nihil aliud ſunt, quam horribilis & manifeſtus contemtus, conculcatio, & negatio meriti auxilij & gratiæ unici noſtri Salvatoris & Mediatoris JEſu Chriſti, præter quem impoſsibile eſt plures vel Salvatores dari, vel vias ſeu modos ſalutem acquirendi, ni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

di, niſi per unicam juſtitiam, quæ eſt Chriſtus Jeſus, qui eam nobis donavit, & pro nobis Deo exhibuit, quippe unicum noſtrum ἱλαστήριον.

25. Præclarum ſane eſſet, utile quoq; jucundum, & laude dignum, ſi monaſteria ac ſimilia ſodalitia hoc nomine foverentur & ſervarentur, ut in jis juniores in doctrina cœleſti, ſacra ſcriptura, & diſciplina moribusq; Chriſtianis inſtruerentur:

26. Hoc ſcilicet fine, ut eo modo in monaſterijs informarentur & præpararentur viri boni, docti, graves & idonei, ex quibus poſtea aliqui officia Epiſcoporum, Parochorum, & quæ ſunt alia Eccleſiæ miniſteria, legitimè & utiliter obirent: alij ad gubernationem & regimen politicum cum laude & fructu adhiberentur: Fœminæ item inde prodirent honeſtæ, modeſtæ & peritæ, quæ deinde maritatæ prudenter & piè familiæ præeſſe, ac prolem educare poſſent.

27. Salutis autem æternæ fundamentum in ijs ponere, ad διδασκαλίας pertinet δαιμονίων.

28. Sunt autem ſancti ordines & pij ſtatus divinitus inſtituti hi tres: Hierarchia Eccleſiaſtica, Oeconomica & politica: Seu, quod idem eſt, munus Sacerdotale, conjugium & magiſtratus.

29. Sancti, inquam, ſunt hi ordines, ſanctæ item ſunt per ſe eorundem functiones, labores, munia, &c.

30. Quicunq; enim in munere Parochiali ſeu verbi miniſterio vivunt, in ſancto bono, Deoq;, probato ordine verſantur, doctrinam nimirum cœleſtem tradentes, Sacramenta exhibentes, pauperum curam habentes: Quo etjam pertinent cuſtodes, nuncij,

famu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

famuli, & alij, qui cæteris, in rebus & operis Eccleſiæ neceſſarijs, præſto ſunt.

31. Sic in ſtatu Oeconomico, fungi officio patris & matris, benè gubernare familiam, liberos ad cultum ſervitiumq; Dei procreare & educare, etjam hæc ipſiſsima eſt ſanctitas, ſancta opera, ſanctus ſtatus.

32. Ad eundem modum vera & mera ſanctitas eſt, ſi liberi & familia parentibus ac dominis pie obtemperant, itaque qui hoc ipſum facit, verè vivus in terris ſanctus cenſeri nominariq; poteſt.

33. Ad hunc ſtatum conjugalem ſeu Oeconomicum etjam viduarum & virginum chorus referendus eſt, pertinens utiq; ad rem domeſticam, ſeu vitam Oeconomicam, ejusq; rationes, partes & adminiſtrationem.

34. Idem judicium eſto de ſtatu Magiſtratuum. Princeps enim, judices, præfecti, cancellarij, Scribæ, ſervi, famulæ, cum omnibus qui ſuperioribus vel miniſterio devincti, vel alias ſubjecti ac obedientes ſunt: omnia hæc mera ſanctitas & ſancta vita coram Deo reputanda.

35. Rectiſsimè autem & veriſsimè hæc ita affirmantur, idq; hac potiſsimum de cauſa, quod tria hæc vitæ genera verbo & mandato Dei contineantur.

36. Jam vero quicquid Dei verbum fulcri & fundamenti loco habet, non poteſt non ſanctum eſſe, cum ipſum verbum Dei ſanctum ſit, omniaq; ſanctificet, quæ illi verè inſunt, adſunt, ſuperſtructa ſunt, & in illo comprehenſa & fundata ſunt.

37. Præter tres hoſce ſtatus, unus adhuc ſupereſt, communis ſcilicet ordo charitatis Chriſtianæ, in quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

quo omni officiorum & beneficiorum genere, non tantum tribus ordinibus modo dictis, ſed etjam generatim & communiter homini cuilibet, qui ijs opus habet, ſervitur, qualia officia ſunt: eſurientes cibare, ſitientes potare, offenſam inimicis condonare, pro omnibus in terra hominibus orare, varia etjam adverſa & mala in vita communi & officio patienter tolerare &c.

38. Hæc omnia vocantur bona & ſancta opera, neq; tamen horum ordinum ullus viam ad cœleſtem beatitudinem exhibet, verum manet interim unica ſalutis via, ſtantibus in ſuo genere hiſce omnibus, fides nimirum in JEſum Chriſtum.

39. Longe enim aliud eſt & diverſum, ſanctum eſſe & ſalvum ſeu beatum eſſe. Salvi efficimur tantum per Chriſtum: Sancti autem tum per fidem in Chriſtum, tum per divinos ordines & ſtatus ſupra dictos.

40. Etjam impij multum ejuſmodi rerum ſanctarum habere poſſunt, nec tamen in ijs ſalutem quoq; conſequuntur.

41. Poſtulat Deus à nobis ejuſmodi opera, ad gloriam & honorem ſuum, & omnes, quotquot in fide Chriſti beati ſunt, opera hæc faciunt, ordinesq; illos piè ſervant.

42. Quod ſi hi ordines ſtatusq; divini ſalutem non afferunt, qûi hoc præſtabunt diabolicæ conſtitutiones, ſtatuta & inventa, quæ ſimpliciter absq; Dei verbo exorta ſunt, inſuper quoq; cum unica fidei via non pugnant tantum, ſed & rabiosè & hoſtiliter contra eandem tumultuantur & graſſantur?

43. Hic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

43. Hic pedem figamus: hic terminus hujus Agonis eſto. Ac habent in his theſibus piè eruditi materiam conferendi de multis capitibus Religionis Chriſtianæ, pertinentibus præcipuè ad ſex priores locos libelli noſtri Catechetici.

44. Attingitur enim hic doctrina de Deo, de unitate eſſentiæ divinæ, de tribus in ea perſonis, de incarnatione, duabus naturis, perſona, officio, beneficijs, redemtione, regno, & dominio JEſu Chriſti Domini noſtri, cum reliquis ad ſecundum Symboli articulum pertinentibus, de creatione, de lapſu primorum parentum, de miſeria hominis lapſi extra Chriſtum, de libero arbitrio, de lege & præceptis divinis, de peccato, originali, & actuali, de Evangelio, de juſtificatione, de fide, de bonis operibus, de humanis traditionibus & ſtatutis, de Monaſterijs, de votis, de ordinibus, de hierarchijs divinitus inſtitutis, &c.

Θεῷ δόξα.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum

DEO TRINUNO PROPITIO

Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schleſvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum

AGON GENERALIS DUODECIMUS

quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit

Petrus Bonnix vocatus ad docendum
Evangelium in Eccleſia
Leckenſi.

M. D. C. IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX CONFESSIONE FI-
DEI MARTINI LUTHERI
Homilia altera.

1. Cum variæ ſint methodi doctrinæ ſacræ, ordinem ἐξομολογήσεως D. D. Lutheri, quam nunc excutiendam ſuſcepimus, accuratius conſiderans, facile intelligit Reverendum Patrem in conſpectu habuiſſe ſibiq; propoſuiſſe articulos Symboli Apoſtolici, & ad eorundem ordinem ſummam ſeu præcipua capita doctrinæ à ſe traditæ complecti, atq; ad illos omnia reducere voluiſſe.

2. Hactenus igitur, poſt oſtenſam Confeſsionem de unitate eſſentiæ & Trinitate perſonarum in divinitate, prolixius ſecundum Symboli caput expoſuit, atq; illi optimâ conſequentiâ multas doctrinæ Chriſtianæ partes, quarum nomenclaturam Theſi proxima ultima exhibuimus, illigavit.

3. Quæ reſtant Theologicæ pietatis capita tertiæ Symboli parti includit.

4. Sequitur itaq; tertius articulus fidei & Confesſionis: Credo in Spiritum Sanctum, qui verus eſt cum patre & filio Deus, procedens ab æterno à patre & filio, diſtincta tamen & diſcreta perſona in unâ divinâ eſſentiâ & naturâ.

5. Per hunc Spiritum, veluti per vivum, ſempiternum & divinum donum atq; χάρισμα, omnes credentes fide atq; alijs ſpiritualibus ornamentis inſtruuntur, à morte reducuntur, à peccatis eripiuntur, læti quoq; intrepidi, invicti & tranquilli in conſcientia redduntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Hæc enim vita noſtra eſt, hæc gloriatio noſtra, hæc fiducia noſtra, ubi Spiritus hujus teſtimonium in corde perſentiſcimus, quod æternus Deus propter Filium unigenitum ſe nobis patrem præſtare, peccata condonare & vitam æternam donare certiſsimè velit, quin potius reipſa jam effectum dederit.

7. Hæ ſunt tres illæ divinitatis perſonæ, hic eſt unus ille verus Deus, qui ſe ipſum quantus quantus eſt pleniſsimè nobis donavit cum omnibus quæ eſt, & habet.

8. Pater ſe nobis donat, una cum cœlo & terra, & quicquid uſquam eſt boni & creaturarum, ut nobis familiariter ſervire & ex uſu eſſe neceſſe habeant.

9. Quoniam vero hoc donum per lapſum Adami obſcuratum & inutile redditum eſt: idcirco pòſt etjam ipſe Dei filius ipſum ſe nobis conſecravit, omnia quoq; ſua opera, paſsionem, ſapientiam & juſtitiam, omnia, inquam, ſua propria noſtra fecit, & nos patri conciliavit, ut hoc pacto denuo vivificati & juſtificati, etjam patrem illiusq; dona agnoſcere & impetrare poſſemus.

10. Rurſus vero cum hæc gratia, hoc meritum, hæc tanta nobis deſtinata bona & dona, nullius eſſent uſus, ſi clam occulta, tecta & incognita manerent, neq; ad nos dimanarent ſeu derivarentur: accedit deniq; Spiritus Sanctus, ipſe quoq; totum ſe nobis mancipans & addicens.

11. Hic non tantum nos docet agnoſcere & intelligere propenſiſsimum in nos æterni Patris amorem & favorem, indeq; exorta beneficia per Chriſtum nobis parta, parata & patentia:

12. Ve-

12. Verum etjam opem fert, ut ea adipiſcamur, conſervemus, recte & utiliter uſurpemus & collocemus, quin etjam augeamus & promoveamus.

13. Operatur hæc Spiritus Sanctus, tum intrinſecus, tum extrinſecus.

14. Intrinſecus quidem per fidem & alia ſpiritualia dona:

15. Extrinſecus vero per Evangelium, per baptiſmum, & per Sacramentum altaris.

16. Per hæc enim tria ceu media & modos Spiritus Sanctus ad nos accedit, & paſsionem Filij DEI in nobis exercet, atq; ad exoptatam ſalutis frugem perducit.

17. Et ut de baptiſmo unicum tantum hoc loco indicetur, quemadmodum non ſunt plura, quam unum Evangelium, uti & unus tantum Chriſtus: ita quoq; non plures ſed unicus eſt baptiſmus, qui per ſe divina quædam eſt ordinatio, quemadmodum etjam Evangelium.

18. Et quomodo Evangelium non propterea falſum eſt aut vitioſum, etſi ſint, qui vel perversè eo utantur, vel corruptè illud doceant, vel fidem ei minimè habeant:

19. Ad eundem quoq; modum baptiſmus nec falſus eſt, nec malus, licet aliqui illum ſine fide exhibeant, accipiant, aut alias malè uſurpent.

20. Itaq; doctrinam Anabaptiſtarum, Donatiſtarum, & quotquot ſunt in rebaptizantium catalogo Eccleſia rejicit & damnat.

21. Eadem eſt ratio Sacramenti Altaris, de quo veritas eſt, quod in pane & vino verè corpus & ſan-

guis oraliter comedatur & bibatur, utut maximè ſacerdotes porrigentes, aut convivæ accedentes, non credant, aut alijs modis abutantur.

22. Non enim hominum fide vel infidelitate res nititur, ſed verbo & ordinatione divina: Niſi tamen quis hoc ipſum DEI verbum & ſanctionem mutet ac invertat.

23. Dicendum nunc de Eccleſia: Eſſe nimirum unicam ſanctam Chriſtianam ſeu Catholicam Eccleſiam in terris, quæ eſt populus, communio, multitudo, aut congregatio omnium Chriſtianorum in mundo univerſo, unica Chriſti Servatoris noſtri ſponſa & ſpirituale corpus.

24. Caput illius unicum ſolus atq; unicus Chriſtus eſt, non Epiſcopi, non paſtores, non alij quicunq;. Hi, inquam, Eccleſiæ non capita, non domini, non ſponſi ſunt, verum miniſtri, amici, &, ut poſtulat vox Epiſcopi, inſpectores, curatores & adminiſtratores.

25. Hæc Eccleſia, ſeu, ut ita dicam, Chriſtianitas, non tantum eſt ſub Eccleſia Romana aut Pontifice, ſed in toto paſſim orbe terrarum, quemadmodum Prophetæ quoq; prænunciarant Chriſti Evangelium in univerſum terrarum orbem propagatum iri.

26. Corporaliter igitur, ſeu, quo ad corpora corporalemq; ſtatum attinet, Eccleſia ſeu Chriſtianitas diſperſa eſt undiquaq; in omnibus terræ partibus, ſub Pontifice, Turcis, Perſis, Tattaris.

27. Spiritualiter vero, ſeu ſi Spiritum conſideres, una eſt Eccleſia, una domus, una congregatio, unus cœtus, collectus in Evangelij & fidei unitate, ſub unicum illud caput, quod eſt JEſus Chriſtus.

28. Pa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

28. Papatum quod attinet, certo conſtat, quod papatus veriſsimum Antichriſti regnum, & verè Chriſto oppoſita Tyrannis eſt, quæ ſedens in Templo Dei humanis traditionibus conſcientijs imperat.

29. Quanquam interim Turcæ, omnesq;, ubicunq; locorum hæreant, hæretici, ad hanc ipſam abominationem, quam in loco ſancto futuram prædictum fuit, referendi ſunt, Papatui tamen minimè pares.

30. In hac vera quam diximus Eccleſia, & ubicunq; ea exiſtit, remiſsio eſt peccatorum, regnum dico gratiæ, & certiſsimarum veriſsimarumq; indulgentiarum.

31. Eſt enim in ea Evangelium, eſt baptiſmus, eſt Sacramentum Altaris, in quibus remiſsio peccatorum offertur, accipitur, & apprehenditur: adeſt etjam Chriſtus, adeſt Spiritus, adeſt Deus.

32. Neq; ulla eſt ſalus aut peccatorum remiſsio extra illam Eccleſiam, ſed æterna mors & damnatio, non obſtante quod magnus quidam ſanctitatis ſplendor, multumq; bonorum operum ſpecioſè appareat, omnia tamen ſunt fruſtranea.

33. Hæc autem peccatorum remiſsio nō ſemel tantum, verbi cauſa in baptiſmo, ſperanda, expectanda & credenda eſt, ut docent Novatiani, ſed quotieſcunq; nobis ea eſt opus, hoc eſt, ſemper uſq; ad mortem.

34. Indulgentiæ quas Eccleſia Pontificia venditat & vendit, turpis & deteſtandus fucus, fraus ſunt & fallacia.

35. Non eo tantum nomine, quod præter remiſsionem generalem & uſitatam vel communem, quæ in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

tota Eccleſia, omnibus & ſingulis per Evangelium & Sacramenta diſpenſatur, peculiarem aliquam & propriam ſibi comminiſcitur & parat, atq; eo modo generalem illam remiſsionem ignominia afficit & annihilat⌴:

36. Verum etjam propterea, quod ſatisfactionem pro peccatis operibus humanis & meritis ſanctorum ſuperſtruit, cum tamen ſolus Chriſtus pro nobis ſatisfacere potuerit, & jam ſatisfecerit⌴.

37. Vigiliæ & Miſſæ pro animabus defunctorum, ut & anniverſaria ſacra ſeu parentalia in papatu frequentata, res ſunt inutiles & nundinæ Diaboli.

38. Quorum loco ſacra potius concio de morte & vita æterna in ſepulturis & ad ſepulchra habenda, preces uſurpandæ, & exitus vitæ noſtræ diligenter meditandus, quod conſilium fuiſſe veterum videtur, unde abuſus illi originem traxerunt⌴.

39. De purgatorio quoq; expreſſum in ſcripturis nihil extat, habetq; procul dubio ortum ſuum ab apparitionibus & tumultibus Spirituum nocturnorum.

40. Quod autem Deus nec verbo nec ſcriptura revelavit, id etjam pro dogmate haberi haud quaquam voluit⌴.

41. Sanctorum invocatio etjam ſuperioribus ſeculis oppugnata fuit, eſtq; indubitatè veriſsimum, ſolum Chriſtum ut Mediatorem invocandum, ſcriptura nos ducente & docente, quæ cum de ſanctorum invocatione nihil jubeat, nihil habeat, fides illi inhærere non poteſt.

42. Extrema unctio, ſi maximè ſano ſenſu uſurpari poſſet, ſacramentum tamen inde facere velle

nihil

nihil eſt: Etenim apud ægrotos piis præcipuè precibus & utilibus exhortationibus utendum eſt.

43. Sic quoq; ex ſtatu matrimoniali & ordine ſacerdotali conſtituere Sacramenta omnino non eſt neceſſarium, cum ſint aliâs per ſe ordines ſic ſatis ſancti, Deoq; probati.

44. Idem de pœnitentia judicandum, quæ quid aliud eſt quam perpetuum exercitium & quotidiana praxis baptiſmi?

45. Sint igitur & maneant duo illa ſacramenta: baptiſmus & cœna Domini, una cum Evangelio, in quibus Spiritus Sanctus remiſsionem peccatorum abundanter offert, donat & exercet.

46. Miſſa, quæ velut ſacrificium, bonumve opus prædicatur & venditur, quâ ſolâ omnia monaſteria omnes ordines nituntur, abominatio eſt longè omnium maxima: additq; D. Lutherus, agnoſcere ſe, quod licet aliàs quoq; juventutem ſuam malè & execrabiliter conſumſerit & perdiderit, & horrendorum peccatorum ſe reum fecerit: hæc tamen ſumma & omnium quæ commiſit infandiſsima, ut ita dicam, ſint peccata, quod in ſanctitate monaſtica annis ultra quindecim tot Miſsis Dominum ſuum dilectiſsimum tam atrociter offenderit, cruciaverit, & afflixerit.

47. Recte itaq; deſeruntur impia collegia monachorum & clauſtra unà cum votis, ut accedatur ad veros ordines Chriſtianos, & evitentur abominationes illæ Miſſarum, & portenta turpis illius ſanctimoniæ, caſtitatis, paupertatis & obedientiæ, per quæ ſalus æterna appetitur.

48. Quam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

48. Quam enim in primordijs & adoleſcentia pullulantis Eccleſiæ ſtatum virginitatis ſervare utile fuit & decorum : tam eſt hoc ipſum abominabile tum quando Chriſti gratia , meritum atq; auxilium per hoc ipſum abnegatur & labefactatur.

49. Nam etjam ſine hiſce abominationum præſtigijs ſervari poteſt in vita communi virginitas, viduitas & caſtitas.

50. Imagines, campanæ, veſtes miſſales, ornatus Templorum, candelæ Altarium, & ejuſmodi alia, res ſunt liberæ, ſic ut liberè ſervari & retineri poſsint ut nec prohibeantur, nec ad ea in alterutram partem vi cogatur aut neceſsitate aſtringatur quisquam.

51. Imagines tamen ex ſcriptura ſumtæ, item pias & ſalutares hiſtorias continentes, admodum utiles cenſendæ ſunt, absq; tamen ulla neceſsitate ſed liberè ijs utendum : Neq; enim à partibus εἰκονομάχων, qui demolitioni imaginum operam dant, ſtandum.

52. Sequitur ultimo loco reſurrectio mortuorum in noviſsimo die futura bonorum ſimul & malorum ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακὸν.

53. Ubi pii & boni in æternum cum Chriſto vivent, mali in æternum cum Diabolo & angelis ejus morientur.

54. Errant enim qui docent, etjam Diabolos tandem ad ſalutem perventuros.

55. Concludit deniq; D. Lutherus, conteſtans hanc ſuam eſſe fidem, & ſic credere omnes veros Chriſtianos, & ſic docere ſacram ſcripturam.

56. Quæ vero hic brevius dicta ſunt, ut ſunt non-

nulla,

nulla, ex ſcriptis ſuis præſertim iſto quadriennio vel quinquennio editis peti jubet, obteſtaturq; omnes bonos, ut ſint confeſsionis modo editæ teſtes, orentq; Deum, ut in hac fide conſtanter perſeverare & diem claudere ſupremum poſsit.

57. Interim ſi (quod Deus clementer avertat) tentationibus & mortis doloribus victus aliud quid & ab hac confeſsione diverſum fortè dicturus ſit, indictum hoc vult, & ceu falſum atq; à Diabolo profectum cenſeri.

58. Habuimus Agone hoc ſummam aliquam ſententiæ & confeſsionis Lutheranæ de quatuor poſterioribus locis Catecheticis qui agunt de Sacramentis, pœnitentia, Eccleſia, vita & morte &c.

τέλος.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS DEcimustertius
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Ericus Paiſenius Tunderenſis vocatus
ad Paſtoratum Lindthol-
menſem.
M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX CATECHESI DOMINI PHILIPPI MELANTHONIS

Theſes Theologicæ.

1. Quoniam proximis duobus Agonibus ex confeſsione fidei D. Lutheri ἐσυζητήσαμεν: ſubjungimus nunc Agones aliquot, quorum materiam depromſimus ex catecheſi D. Melanthonis quæ extat tom. 1. op. Phil.

2. Et ut à voce auſpicemur, eſt κατήχησις à κατηχέω, hoc eſt, erudio ſeu inſtituo, non tamen qualibet ratione docendi, ſed in qua dictata repoſcuntur, & rudiores explorantur, ut judicia de rebus neceſſariis formentur.

3. Remanſit appellatio ex veteri Eccleſia, in qua non ſolum Epiſcopi & Paſtores, ſed etjam κατηχηταὶ erant, quorum proprium munus, erudire novitios priuſquam baptizabantur, & non ſolum doctrinam proponere, ſed & quæ tradita erant, repoſcere, ut ita exploratis auditoribus quid quiſq; intelligeret animadverti poſſet, & errantes admoneri.

4. Hinc ſacra Catecheſis dicitur & eſt quædam prima inſtitutio, in qua compendio traditur ſumma Evangelii ſeu doctrinæ Chriſtianæ.

5. Complexus eſt eam D. Philippus hoc loco capitibus ſex: 1. De Lege. 2. De Evangelio & juſtificatione. 3. De bonis operibus. 4. De Sacramentis & in ſpecie de baptiſmo. 5. De pœnitentia, ubi & de abſolutione, confeſsione & ſatisfactione. 6. De Cœna Domini. Hiſce ſex reliqua paſsim intexuntur.

6. Decalogum ſecundum ordinem decem præceptorum

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ptorum prolixè tractat, unde paucula pro inſtituti noſtri ratione delibabimus.

7. Tradenda eſt Lex Dei Moralis propter tres uſus, quorum primus eſt, ut diſciplina rudes erudiat & coërceat.

8. Pertinet hic uſus præcipuè quidem ad injuſtos, quos Deus externa diſciplina vult frenari: Eſt tamen & juſtis, qui adhuc rudiores ſunt, opus inſtitutione, doctrinâ & diligentiâ regendi mores, ſicut pueris, adoleſcentibus, vulgo &c.

9. Secundus, ut arguat peccatum, & perterrefaciat conſcientiam: διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. Et: ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται.

10. Hic uſus proprius eſt contritioni, quo terrentur Lege omnes, qui nondum conſecuti ſunt remisſionem peccatorum.

11. Tertius eſt in juſtificatis, quibus, licet à Lege ne damnet liberati ſint, opus tamen eſt Lege tripliciter.

12. Primo quod ad doctrinam attinet, ut ſciant, qui cultus, qualia opera Deo placeant.

13. Secundo propter vetuſtatem carnis, quam argui & coërceri neceſſe eſt per Legem, quæ tamen fide vincitur, conteſtante oratione dominica.

14. Tertio propter obœdientiam. Etſi enim juſtificati ad Legis damnationem obligati non ſint, manet tamen ordinatio & voluntas Dei, ut creatura obœdiat, dicente Chriſto: οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. Et: ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.

15. Porro ad quodlibet præceptum rectè intelligendum & uſurpandum prodeſt conſiderare quatuor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

quæſtiones. 1. Quid præcipiat? 2. Quis finis? 3. An ei ſatisfiat? 4. Quomodo fiat & placeat obedientia?

1. 16. Præcipit mandatum quodlibet non ſolum de exterioribus factis, ſed etjam de interioribus affectibus, inclinatione & immundicie naturæ, tanquam cauſa effectuum.

2. 17. Finis in ſingulis præceptis diligenter attendendus hic eſt, ut fiant propter Deum, hoc eſt, in timore Dei, & referantur ad Deum, cui debeamus obœdientiam & velimus parere.

3. 18. Porro non ſatisfieri à nobis plenè vel minimæ Legis particulæ manifeſtũ eſt, illius ſententiam profundiſsimam, noſtram vero corruptionem triſtiſsimam juxta ſcripturam conſideranti.

4. 19. Aſſumenda eſt igitur etjam in ſingulis doctrina de fide, quæ docet nos juſtos cenſeri & obœdientiam regente nos Spiritu Dei inchoatam licet imperfectam Deo placere propter Chriſtum.

1. Præc. 20. Orditur Lex rectiſsimè ab agnitione Dei. Docet enim primum Præceptum eſſe Deum, & requirere obœdientiã, benefacere obœdientibus, & punire inobœdientes, ſimulq; tradit: modum quo Deus apprehendi, & cultum quo coli velit.

21. Apprehendi Deus vult verbo & teſtimonio: cultus præcipui ſunt: Timor, Fides & Dilectio.

2. Præc. 22. Utq; primum præceptum docet de agnitione & interiore cultu mentis: ita ſecundum de ſignificatione & profeſsione externa, quæ fit invocando, docendo & reliquis bonis uſibus divini nominis.

3. Præc. 23. Tertium agit de Ceremoniis & uſu earum, quæ nimirum conſervandæ ſunt propter miniſteriũ verbi.

24. Hoc præceptum, quo ad genus, morale eſt, perpe-

perpetuum & immutabile. Semper enim vult Deus, ut conſervetur publicum miniſterium docendi & adminiſtrandi Sacramenta.

25. Verum quod ad ſpeciem id eſt ſeptimi diei obſervationem attinet, ceremoniale eſt. & de hac ceremonia judicandum eſt ſicut de cæteris ceremoniis judaicis, quod ſcilicet abrogata: ita tamen ut omnia ordine & decenter fiant in Eccleſia.

26. Habebant judæi præceptum, & de opere, & de die certo: nos de opere, ſed non de die.

27. Hactenus prior tabula, quæ tradidit opera, quibus cum Deo propriè agimus, & quæ ſunt præcipuè directa ad agnoſcendum, celebrandum & colendum Deum immediatè.

28. Poſterior tabula continet officia, quibus propter Deum proximo ſervitur, & quæ hominum ſocietati neceſſaria ſunt. 2. Tab.

29. Sunt etjam hujus tabulæ opera cultus Dei, cum fiunt in timore Dei, in fide & agnitione Salvatoris, referunturq; ad gloriam ipſius.

30. Quia autem in ſocietate hominum oportet exiſtere gubernatores, ideo primum ſancitur Lex de obœdientia in quarto: oportet defendi vitam, conjugia, res, famam, eſſe contractus & judicia, ideo ordine ſequntur reliqua præcepta.

31. Et voluit Deus multiplices eſſe actiones vitæ, magnamq; humanorum negociorum varietatem, ut eſſet occaſio exercendi timorem Dei, fidem, confeſsionem & dilectionem.

32. Quartum itaq; præceptum exprimit officia eorum, qui aliis ſubjecti ſunt. 4. Præc.

33. Videbatur potius aut certè prius fuiſſe dicen-

 dum

dum de officiis gubernatorum, verum quia hæc in ſingulis præceptis, quorum ſcilicet illi cuſtodes eſſe debent, & juxta ea regere illos quibus præſunt, continentur, atq; ita Lex ipſa tota vox eſt gubernatoris, non fuit opus in ſpecie illorum meminiſſe.

34. Conſtituta hoc pacto obœdientia in quarto præcepto, reliqua deinde tradunt ordine officia debita proximo: & quintum quidem incolumitatem corporis munit adverſus injurias exteriores, & cupiditates interiores, requirens bona opera politica & ſpiritualia eandem promoventia.

5. Præc.

6. Præc. 35. Sextum approbat conjugia & conjugalem conſuetudinem, & prohibet non tantum omnes vagos concubitus, ſed etjam dicta, geſtus, affectus impuros & incendia animorum, requirens puritatem & virtutes ijs oppoſitas.

7. Præc. 36. Præterea quia vitæ humanæ opus eſt rerum uſu, poſſeſsione, & contractibus, Septimo præcepto docetur, quomodo in his Deo ſerviendum, quomodo res acquirendæ, poſsidendæ, collocandæ ſint, vitatis contrariis.

8. Præc. 37. Octava Lex præcipit, ut propter Deum vitentur mendacia, impoſturæ, omnisq; falſitas, & præſtetur veritas, candor & ingenuitas in omni vita, dictis & factis, ac nominatim in judiciis, contractibus, artibus, pactis, promiſsis, pronunciatis &c.

9.10. Præ. 38. Reliqua duo præcepta non tantum ſua quoq; habent objecta & officia, ſed maximè addita ſunt, ut Legem Dei interpretentur & à Legibus humanis & Philoſophia diſcernant: & complectuntur affectus malos & cauſam, ſcilicet ipſum morbum, inclinationem & immundiciem naturæ.

39. De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

39. De promiſsionibus Legis nonnulla etjam monenda ſunt, & tenendæ hæ, ut ita dicam, regulæ.

40. Promiſsiones Legis ſunt conditionales. Etſi vero nemo Legi ſatisfaciat, & conditionem illam impleat: tamen quia Deus inchoatam etjam obœdientiam propter Chriſtum approbat, præmia pro illa donat. 1.

41. Neq; tamen præmijs divinitus promiſsis obſtat piorum & Deo obedientium crux. Evangelium enim interpretatur Legem, docens affligi pios in hac vita, & tamen poſt hanc habituros eſſe præmia præcipua, etſi quædam etjam reddantur in hac vita. 2.

42. Promiſſa præmia ſunt non tantum corporalia, ſed & ſpiritualia, incrementa videlicet plurimarum virtutum & donorum, & alia. 3.

43. Juſsit Deus peti & expectari etjam præmia corporalia, Sed modus dandi Deo minimè præſcribendus, gradusq; ſervandi ſunt, ut gloriam Dei pluris faciamus quam noſtram utilitatem, neq; deficiendum etjamſi differt aut non videtur dare præmia. 4.

44. Et exercenda fides eſt expectatione bonorum corporalium, quæ fit cultus Dei, cum vera fide & ſuo loco petuntur & expectantur.

45. Tantum de primo capite Lege videlicet: ſequitur ſecundum de Evangelio & juſtificatione. 2. De Evang. & iuſtif.

46. Differt Lex ab Evangelio. Lex doctrina eſt docens quales nos eſſe oporteat, & quæ opera à nobis Deus requirât, poſtulans perfectam obœdientiam, promittens præſtantibus præmia, & non obœdientes damnans.

47. Evangelii vero principalis & proprius locus eſt promiſsio, in qua propter Chriſtum nobis donatur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

tur remiſsio peccatorum, imputatio juſtitiæ, Spiritus Sanctus, & vita æterna, quam promiſsionem fide accipi oportet.

48. Legis promiſsiones ſunt conditionales, hoc eſt habent conditionem impletæ Legis:

49. Promiſsio vero Evangelii propria gratuita eſt, nec habet conditionem tanquam cauſam beneficii ſeu conditionem noſtræ dignitatis, tametſi habet conditionem fidei.

50. Diſcrimen autem inter has promiſsiones facit particula gratis propter Chriſtum quæ ſemper in conſpectu ſit.

51. Valde enim neceſſaria eſt propter conſcientiam, quæ in vero Agone non ſimpliciter diſputat, utrum Deus miſericors ſit, an remittat peccata: Sed illud quærit, an nobis utpote indignis miſericors eſſe & remittere velit.

52. In hiſce fluctibus periculoſiſsimis unus conſcientiæ portus eſt, tenere, quod certum ſit gratis peccata remitti, & bona dari, quodq; promiſsio Evangelii ſit gratuita, nec habeat conditionem noſtræ dignitatis aut meritorum.

53. Eſt igitur ſumma doctrinæ Evangelicæ de juſtificatione, quod perterrefacti agnitione iræ Dei adverſus peccata ex lege agnita debent credere promisſioni, quod propter Chriſtum gratis donentur eis remiſsio peccatorum & imputatio juſtitiæ: hac fide certo conſequuntur remiſsionem peccatorum & juſtificationem ſeu gratiam.

54. Tenenda ſunt de hac ſententia perſpicua ſcripturæ teſtimonia, quæ & erudiant conſcientias, &

exuſci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

exuſcitent fidem in omni invocatione: quale inprimis eſt illud ad Rom. 3. δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον, διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι.

55. Quæ ipſa ut rectius intelligantur, ad interpretationem quorundam vocabulorum ſeu terminorum quibus ſcriptura utitur eſt attendendum.

56. Vox juſtificari more forenſi ſignificat abſolvi ſeu juſtum reputari vel pronunciari.

57. Juſtus in his Pauli diſputationibus idem ſignificat quod acceptus ſeu placens Deo.

58. Juſtificatio eſt remiſsio peccatorum & acceptatio coram Deo, cum qua conjuncta eſt donatio Spiritus Sancti.

59. Gratiæ appellatio idem notat, ſed præterea continet Emphaſin particulæ excluſivæ gratis, oſtenditq; hæc omnia gratuita eſſe.

60. Fides hic ſignificat non tantum noticiam hiſtoriæ, ſed etjam fiduciam miſericordiæ promiſſæ propter Chriſtum, quæ accipit promiſsionem & applicat eam ad nos, juxta illud Pauli: διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν.

61. Itaq; oratio Fide ſumus juſti correlativè intelligi debet hoc modo: Sumus juſti, id eſt accepti Deo: Fide, hoc eſt non propter noſtras virtutes ſed per miſericordiam, propter Chriſtum, fide apprehenſum.

62. Excluſiva gratis excludit conditionem meriti ſeu dignitatis noſtræ omnem;

63. Tum ut in Chriſtum mediatorem transferatur cauſa beneficii; & intelligamus nobis ignoſci non

pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

propter noſtram dignitatem, ſed propter Chriſtum:

64. Tum ut certum ſit beneficium, quod incertum fieret, ſi ex conditione dignitatis noſtræ penderet, imo ad deſperationem adigeretur conſcientia, ſi judicaret ita nobis ignoſci, quando ſatis magnam contritionem aut alia merita habeamus.

65. Neq; tamen tollitur contritio. Quia enim fides quædam eſt vivificatio, præcedere & exiſtere in nobis contritionem pavores & terrores, cum agnoſcimus iram Dei adverſus peccatum, neceſſe eſt, in quibus nos Evangelio ſuſtentamus & conſolamur.

66. Et quanquam contritio ſine fide exitioſa eſt: tamen poſtquam accedit fides, fit bonum opus & ſacrificium Deo gratum.

67. Sicut autem prædicatio pœnitentiæ, ita quoq; promiſsio Evangelii, quam fides amplectitur, univerſalis eſt.

68. Singuli ergo nos in illam includamus, nec excuti nobis fidem ſinamus, intempeſtivè accerſitis diſputationibus de prædeſtinatione.

69. Ordiamur à verbo & meminerimus promiſsionem eſſe univerſalem, & ſtatuamus verè illa contingere nobis, quæ propoſita & promiſſa ſunt in verbo: quia per hoc Deus efficax eſt: in hoc vult apprehendi.

70. Repetendum & hoc, quod cum juſtificamur, donamur Spiritu Sancto, quem concipiunt corda cum audiunt Evangelium & Deo dante ei aſſentiuntur ac fide ſe ſuſtentant in pavoribus. Gal. 3. ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως.

71. Hæc

71. Hæc acceptio Spiritus Sancti vocatur regeneratio & renovatio, & eſt inchoatio vitæ æternæ in nobis. Johan. 17. ἄυτη ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν καὶ ὃν ἀπέστειλας ἰησοῦν χριστόν.

72. Tantum de his doctrinæ ſacræ Capitibus: de reliquis futurâ συζητήσει.

Θεῷ δόξα.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GEneralis DECIMUSQUARtus
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
M. Johannes Coronæus vocatus ad
Paſtoratum Henſtedenſem in
Dithmarſia.
M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

LOCI POSTERIORES
QUATUOR CATECHESEOS
D. Philippi.

3. De bonis operibus.

1. In juſtificatis inchoatur nova obedientia; Tradenda igitur etiam eſt doctrina de bonis operibus, de quibus quatuor quæſtiones excutiemus: Quæ opera poſtulentur & quomodo fiant? quomodo imperfecta illa obedientia Deo placeat? quæ cauſæ benè operandi? & quomodo gratia amittatur?

2. Requiruntur opera Lege Dei præcepta, non tantum externa, ſed etiam interiores motus.

3. Sic autem inchoatur in nobis hæc obedientia: cum fides ad contritionem acceſsit, jam peccatum diſplicet, cupimusq; Deo, quem agnovimus, obedire, & ita primum concipitur bonum, ut vocant, propoſitum.

4. Inchoantur ergo jam in corde motus conſentientes Legi Dei, timor, fiducia, dilectio Dei, invocatio, patientia, veritas, caſtitas, dilectio proximi, cura Reipublicæ etc.

5. Fiunt autem hæ virtutes Spiritu Sancto impellente, & creſcunt cum eas exercemus, ſicut ſcriptum eſt: παντὶ τῷ ἔχοντι δοθήσεται.

6. Sunt igitur in renatis bona opera motus Spiritus Sancti, qui movet per verbum, quo nos regi oportet, ut teſtimonium habeamus, quæ opera placeant Deo.

7. Quare, ne decepti alia opera ſuſcipiamus, dictum eſt nominatim illa poſtulari, quæ in Decalogo præcepta ſunt.

8. Et

BIBLIOTHECA REG. HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

8. Et eatenus Lex juſto eſt poſita, ut doceat eum, & obœdientiam requirat, etſi non ſit poſita ei ad damnationem.

9. Neceſſaria ſane eſt obœdientia, & tamen quan- 2.
ta quanta eſt, procul abeſt à perfectione, nec Legi Dei ſatisfacit, verum hærent adhuc in nobis peccati reliquiæ.

10. Statuendum eſt itaq; perſonam non eſſe juſtam ſeu acceptam coram Deo propter propriam mundiciem, ſed placere fide per miſericordiam propter Chriſtum: placere quoq; inchoatam noſtram obœdientiam, quia filii facti propter Chriſtum indignitatem noſtram nobis condonari credimus.

11. Sciri utrumq; neceſſe eſt, ut fiducia propriæ juſtitiæ ab una, & deſperatio ab altera parte animis eximantur.

12. Agnitio infirmitatis noſtræ nos humiliat, terrores incutit, & pœnitentiam perpetuam exuſcitat: Rurſus vero fide eriguntur pii in tanta infirmitate, quod norunt certo ſtatuendum eſſe, & ſe & ſuam hanc inquinatam & imperfectam obœdientiam placere Deo propter Chriſtum cui ſumus inſerti.

13. Cauſæ ad bene operandum hortantes & accen- 3.
dentes ſunt, partim magnitudo miſericordiæ divinæ, de qua jam dictum:

14. Partim neceſsitas mandati, quod obœdientiam requirit: tum fidei, quæ in impœnitentibus, & cupiditatibus frenum laxantibus exiſtere nequit, quæq; extinguitur ſi non exerceatur in invocatione, afflictionibus & bonis operibus.

15. Partim promiſsiones additæ operibus piorum de præmiis corporalibus & ſpiritualibus, quibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

etjam fides exercenda, petendo atq; expectando à Deo auxilium & præmia.

4. 16. De gratiæ amiſsione ſciendum eſt, manere in ſanctis peccata, ut ſunt naturalis infirmitas, concupiſcentia, cum ſuis fructibus, multis vitioſis affectibus &c.

17. Quæ peccata etſi non ſunt extenuenda aut contemnenda: ſunt enim reipſa mortalia peccata in non renatis & longè majora mala, quam ut eorum magnitudo à ratione perſpici poſsit:

18. Quia tamen renati hos morbos agnoſcunt & verè perhorreſcunt, cernentes quomodo repugnet natura hominis voluntati Dei: nec obtemperant, ſed repugnant illis, fide interim ſe erigentes, & propter Chriſtum ſibi ignoſci credentes: (quod certamen eſt piorum quotidianum, in quo creſcit novitas ſpiritualis, & concipiuntur novi & ardentiores motus ſpirituales.)

19. Ideo hujusmodi peccata dicuntur venialia, quæ Sanctis condonantur, & propter quæ non amittunt fidem & Spiritum Sanctum.

20. Quando autem non repugnant, ſed obtemperant illis contra conſcientiam, fiunt peccata mortalia, propter quæ illi qui fuerant juſti amittunt fidem & Spiritum Sanctum, & fiunt rei mortis æternæ.

21. Promiſſus eſt Spiritus Sanctus ut nos gubernet: gubernat autem renatos non reluctantes, non vitioſos aut ignavos, ſed repugnantes peccato: unde graviſsimè hortatur Paulus, ut curemus ne fruſtra acceperimus gratiam.

4. De Sacramentis.

22. Sacramentum propriè eſt ceremonia in Evangelio inſtituta, cui addita eſt promiſsio Evangelii.

23. Fi-

23. Finis Sacramentorum principalis nequaquam eſt, ut ſint notæ profeſsionis erga homines, aut ſymbola morum &c. Sed ut ſint cumprimis ſigna gratiæ & teſtimonia beneficiorum ac voluntatis Dei erga omnes & ſingulos.

24. Sicut circumciſio erat teſtimonium poſteris Abrahæ verè eos eſſe populum Dei, & admoniti hoc ſigno debebant credere, ſe verè propter promiſsionem habere Deum propicium.

25. Sacramenta cum ſigna appellantur, minimè ſigna nuda aut tantum ſignificativa, ſed ſimul exhibitiva cenſenda ſunt. Finis enim rei ſubſtantiam non tollit.

26. Neq; quia ſigna nominantur, ex naturâ & ordine mediorum excluduntur, cum ſine contradictione & ſigna ſint & media. Utrumq; ex ſequentibus patebit.

27. Baptiſmus eſt immerſio in aquam cum hac admiranda benedictione: Ego baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: quæ verba ſignificant, & qua autoritate, & ad quid fiat baptiſmus, quod ſcilicet miniſter mandato divino hoc Sacramento oſtendit & teſtatur, quod jam per baptiſmum ille Deus, qui eſt Pater, Filius & Spiritus Sanctus baptizatum recipiat in gratiam, & ab eo ſic velit agnoſci & invocari, quod propter Filium ipſum fœdere ſeu pacto inito recipiat, & Spiritu Sancto ſanctificet, quodq; ſit illi opitulaturus & inchoaturus novam & æternam vitam in illo.

28. Unde Petrus dicit baptiſmum eſſe ἐπερώτημα συνειδήσεως ἀγαθῆς εἰς θεὸν, id eſt ſic ſentientis de Deo, quod per baptiſmum nobiſcum pactus ſit, verè nos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

receperit propter Filium, verè nos jam curet & exaudiat.

29. Ita ergo baptiſmo erga Deum ſinguli utamur: Quoties pius invocat, cogitet Deum teſtatum eſſe in baptiſmo, quod verè ipſum receperit in gratiam, verè velit ipſi ignoſcere propter Filium, verè velit ipſum exaudire & ſanctificare Spiritu Sancto.

30. Paciſcitur enim nobiſcum Deus in hoc ſigno (baptiſmo) ſe nobis futurum eſſe Deum, Salvatorem & opitulatorem, quocirca Paulus baptiſmum vocat λουτρὸν παλιγγενεσίας.

31. Sunt igitur effectus baptiſmi remiſsio peccatorum, juſtitia, regeneratio & donatio Spiritus Sancti, teſtante Apoſtolo ad Eph. 5. καθαρίσας (χριστὸς) τὴν ἐκκλησίαν τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι, ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον.

32. Porro adulti diſcant baptiſmi recordatione exercendam eſſe fidem quam neceſſe eſt ad Sacramenta addi.

33. Infantes eſſe baptizandos multa evincunt: Mandatum & Sententia Chriſti univerſalis de neceſsitate baptiſmi. Joh. 3. Voluntas DEI nolentis parvulos perire. Mat. 18. imo accerſentis & accenſentis illos ad regnum cœleſte. Mar. 10.

34. Significatio baptiſmi (utpote Sacramenti) principalis eſt, quam nunc dixi, nimirum quod in eo propter Chriſtum nobis donatur remiſsio peccatorum & Spiritus Sanctus.

35. Merſio enim oſtendit ablui peccata & mergi in mortem Chriſti, quia peccatum deletum eſt, & promiſſa nova & æterna vita.

36. Poſtea accedunt aliæ ſignificationes quæ ad mores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

mores noſtros pertinent. Notat enim immerſio & emerſio, tum mergi nos in mortem & afflictiones, ut abolita carne immunda prorſus deleatur peccatum: tum mortificato veteri Adamo inchoandam eſſe novam vitam per obœdientiam Deo placentem.

37. Ut facilius agnoſci locus doctrinæ poſsit, retinemus uſitatum vocabulum pœnitentiæ in ſignificatione ab Eccleſia recepta, qua ſignificat converſionem ad Deum: cujus partes ſunt duæ Contritio & Fides. 5. De pœnitentia.

38. Contritio ſignificat conſcientiæ agnoſcentis peccatum & iram Dei, ac dolentis propter peccata, terrores, qui fiunt cum Evangelium arguit peccata, quam ad rem utitur miniſterio Legis.

39. Ac tametſi neceſſe ſit exiſtere terrores, non tamen contritio meretur remiſsionem peccatorum: imo niſi fides accederet, contritio & terrores afferrent deſperationem & æternam mortem.

40. Etenim ſine fide contritio parit indignationem adverſus Deum & fremitum, non dilectionem Dei & invocationem, at poſtquam accedit fides, fit timor filialis & bonum opus ac ſacrificium. Pſa. 51.

41. Proponendum igitur eſt etjam ipſum Evangelium, in quo promittitur remiſsio peccatorum propter Chriſtum, quæ verè ita donatur, cum fide ſtatuimus nobis non propter dignitatem noſtram aut opera aut virtutes, ſed propter Chriſtum, qui pro nobis factus eſt victima, gratis remitti peccata.

42. Eſtq; Spiritus Sanctus verè efficax in conſolatione per verbum Evangelii, cum nos Evangelii & abſolutionis cogitatione erigimus.

43. Poſtea etjam ſequi debet nova obœdientia, ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

cum fide agnovimus miſericordiam Dei & benefi-
cium Chriſti, corda impellente Spiritu Sancto ſub-
jiciant ſe Deo, & concipiant bonum propoſitum, id
eſt, incipiant obedire Deo juxta ejus verbum, & re-
pugnare malis cupiditatibus, ne contra conſcienti-
am faciant, ſed ex vera fide in bonis motibus omni-
um virtutum, timore, dilectione, patientia, invo-
catione, officiis dilectionis, caſtitate, veritate, &c.
ſe exerceant.

44. Abſolutio privata applicat ſingulis Evange-
lium, & teſtatur promiſsionem ad ſingulos pertine-
re: eſtq; illuſtre teſtimonium oſtendens in Evange-
lio inſtitutum eſſe miniſterium annunciandi remiſ-
ſionem peccatorum multis aut ſingulis.

45. Semper autem meminerimus addendam eſſe
fidem, quæ verè credat voci Evangelii quæ nobis
applicatur, & propter Chriſtum remiſsionem pecca-
torum annunciat.

46. Cumq; obſtrepunt cogitationes illæ huma-
nam remiſsionem irritam aut incertam eſſe, cum ſo-
lius Dei ſit remittere peccata, revocanda eſt mens ad
Evangelium. Non remittit homo principaliter, ſed
Deus, qui ſuam voluntatem in Evangelio propoſuit,
& ideo miniſterium inſtituit, ut promiſsio ipſius no-
bis annuncietur, vultq; illi credi.

47. Confeſsio quæ Deo fit eſt ipſa contritio cum
fide petente remiſsionem peccatorum cujus exem-
plum inſigne eſt in Pſal. 32.

48. Alia confeſsio eſt enumeratio omnium deli-
ctorum, quæ fit ſacerdoti: hæc non eſt neceſſaria,
quia non præcipitur à Chriſto: eſtq; impoſsibilis.

49. Et

49. Et tamen cum abſolutio petenda ſit, miniſtri adeundi, & oſtendendum nos agnoſcere iram Dei adverſus noſtra peccata, & petere ut vocem Evangelii nobis impertiant, & teſtari nos deinceps bonos fructus pœnitentiæ facturos eſſe.

50. Conſuetudo ſatisfactionum improbanda eſt, & rejicienda doctrina de ſatisfactionibus, ne obruatur doctrina de gratuita acceptatione & fide, quod Chriſtus ſolus ſit ſatisfactio & victima pro peccatis noſtris, & quod gratis propter ipſum donetur remiſsio culpæ & pœnæ æternæ, quod nulla noſtra opera ſint ſatisfactiones pro peccatis noſtris, quam doctrinam valde obſcurarunt ſatisfactiones humanæ.

51. Loquimur autem non de civilibus ſatisfactionibus, qualis eſt furti reſtitutio, quæ verè pertinent ad contritionem: ſed rejicimus ſatisfactiones, quas ipſi vocant opera indebita, tribuentes illis compenſationem pro æterna morte, qno pacto obruitur doctrina de beneficio Chriſti.

52. De ritibus ſatisfactionis publicæ, quales quondam fuerint, & quales poſtea ritus & opiniones ſecutæ ſint, alibi dicitur.

53. Verum enimvero & hoc notandum, ſæpe Deum punire peccata ingentibus pœnis temporalibus, & has rurſus mitigare aut prorſus tollere propter totam pœnitentiam juxta promiſsionem.

54. Etſi enim ſemper in remiſsione culpæ ſimul fit remiſsio pœnæ æternæ propter Chriſtum, tamen quia Deus in hac vita nos ſubjecit afflictionibus, non ſemper tolluntur pœnæ corporales.

55. Hujus-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

55. Hujusmodi tamen afflictiones minimè ſunt compenſationes aut ſatisfactiones pro peccatis, ſed pœnæ quibus Deus aut revocat aut exercet homines.

6. De cœna Domini.

56. Cœna Domini eſt Sacramentum, id eſt, teſtimonium additum Evangelio, ut nos admoneat ad ſingulos verè pertinere promiſsionem Evangelii & beneficia Chriſti. Definitio ſumpta eſt à fine non toto, ſed aliquo.

57. Sciant igitur pii utendum eſſe integro Sacramento, ſicut Chriſtus inſtituit, & verè ſumi corpus & ſanguinem Domini, Chriſtumq; adeſſe & efficacem eſſe.

58. Prodeſt autem ſic manducare & bibere corpus & ſanguinem Chriſti, ad confirmandam fidem, quia teſtimonium eſt, quo admoniti ſinguli verè ſtatuere debemus verè pertinere ad nos beneficia Chriſti.

59. Exhibet tibi Chriſtus corpus ſuum, ut donet tibi ſua beneficia, ut teſtetur te eſſe membrum, pro quo paſſus eſt, quod velit ſervare, & in quo velit efficax eſſe contra Diabolum. Exhibet ſanguinem, ut ſcias te ſanguine ipſius ablutum eſſe.

60. Prodeſt autem manducare & bibere corpus & ſanguinem Chriſti, non accedentibus ſine pœnitentia & ſine fide, verum agentibus pœnitentiam & fide intuentibus in mortem & reſurrectionem Chriſti, & credentibus propter hunc Mediatorem Deum verè propicium eſſe, verè nobis ignoſcere, nos exaudire, tum invocantibus hac fide Deum & Dominum noſtrum JEſum Chriſtum & pro tanto beneficio gratias agentibus. Hæc enim concurrere in uſu ſalutari neceſſe eſt.

61. De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

61. De Miſſa Pontificia ſentiendum eſt non eſſe eam ſacramentum à Chriſto inſtitutum.

62. Quemadmodum enim ſi quis aquam baptiſmi circum ferret, etiam ſi verba adderet, theatrico more, nequaquam eſſet baptiſmus, & is cultus eſſet impius:

63. Ita cum ex cœna Domini fit oblatio, item cum applicatur pro vivis & mortuis nequaquam eſt ſacramentum.

64. Quin potius cum ſacrificuli in Miſsis offerant panem & vinum ſine ullo mandato Dei, & applicent pro vivis & mortuis, fugiendæ eæ ſunt tanquam idolatricæ.

65. Neq; magis in Miſſa papiſtica eſt Sacramentum, quam Turcica aut hodierna judaica circumciſio eſt Sacramentum.

τέλος.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERAL. DECIMUSQuintus
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Reinholdus Cruſius vocatus ad Sacel-
lanatum Cotzenbullenſem in
Eiderſtadia.

M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

APHORISMORUM ET CONCLUSIONUM EX CATECHESI Philippica miſcellatim excerptarum octogena prior.

CVm paſsim in Catecheſi D. Philippi, ex qua Agones duos proximos deſumſimus, occurrant variæ ſententiæ ſuccinctæ, & quaſi Aphoriſmi breves, eruditi & pii, partim theſes ſuperius ventilatas porro explicantes, partim ſententiam D. Philippi de multis quæſtionibus ſcitu neceſſariis, atq; intellectu jucundis ſtrictim oſtendentes: facere multis de cauſis non potuimus, quin ex iis paucos ſine ſcrupuloſo ordine collectos in hunc & proximè futurum Agonem diſtribueremus.

Cat. 1. Prodeſt maximè in Eccleſia unam quandam ſimplicem & certam formam doctrinæ extare, & certos loquendi modos, qui nihil ambiguitatis habent, & ſcripturæ conſentanei ſunt, tenere. Et hæc eſſet ὑποτύπωσις ὑγιαινόντων λόγων ſeu ſanæ doctrinæ à Paulo tantopere commendata.

1. Loc. 2. Liberi ſunt credentes à lege, non ut non fiat, ſed ut non damnet.

3. In ſingulis præceptis & operibus oportet apprehendi Deum, ut omnia opera fiant cultus Dei, in omnibus ipſum intueamur, ipſi ſerviamus.

4. Nihil vulgarius eſt, quam præferre creaturas creatori.

5. Sicut humanus captus non videt quantum mali ſit in contemtu Dei, qui ſingulis peccatis ineſt: Ita Deus pœnam ſancit adverſus peccatum ſupra captum humanum.

6. Quan-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Quanquam lex non ſatis concionatur de ſpiritualibus præmiis: diſcimus tamen ex Evangelio propoſita eſſe pro bonis operibus non corporalia tantum ſed & ſpiritualia præmia.

7. Ordinatio Dei eſt, ut differantur præcipua præmia, & præcipuæ pœnæ poſt hanc vitam.

8. Bona & mala contingunt conſilio Dei: Is punit & juvat.

9. Perjurus multipliciter peccat: Prætextu nominis divini tegere peccata conatur: Tum gloriam Dei lædit abutens nomine Dei, Deumq;, quantum in ſe eſt, falſum teſtem faciens: Deniq; oſtendit ſe contemnere judicium Dei: ut taceam quantum noceat proximo re & Exemplo.

10. Prophetæ interdum execrantur & maledicunt, ſed blaſphemis & obſtinatis, qui non definunt perſequi veram doctrinam, pietatem & veros cultus.

11. Juramenta ἐπακτὰ, & quæ fiunt jubente pia vocatione cultus ſunt Dei: non interdicta Math. 5. ubi Chriſtus non loquitur de politiis & negociis vocationum, ſed privata cujusq; munditie.

12. Cum Juramenta tribuant rei per quam fiunt judicium & inſpectionem cordium & potentiam puniendi: itaq; jurare per creaturas, eſt ad illas honorem Dei transferre.

13. Multæ ſententiæ apud Ethnicos acceptæ ſunt à patribus, & comprobatæ experientia.

14. Juramenta illicita, ut & impoſsibilia, non obligant.

15. Officia dilectionis neceſſaria ſuperiora ſunt ceremoniis, ideoq; iis anteferenda: verum ita ut diſpenſationem, non abrogationem aut contemtum

ceremoniarum habeant & illa alio tempore debitè ſerventur & conſerventur.

16. Cultus Dei eſt opus mandatum à Deo & Deo placens, cujus finis eſt proximus, ut DEus per id opus honore afficiatur.

17. Quia ſecundum præceptum ſimile eſt primo, non minus Deus vult coli officiis ſecundæ tabulæ quam primæ, nec minus placent rite facta.

18. Non vult Deus Chriſtianos ſe abdere in ſpecus, aut eſſe inutilia terræ onera: Sed ſuſcipere labores, officia & pericula in communi ſocietate hominum occurrentia, & neceſſaria ad eam juvandam.

19. Peccatum eſt mortale, hoc eſt, quod meretur iram Dei & æternas pœnas, contumaciter repugnare juſtis Legibus politicis, & mediocribus gubernatoribus.

20. In Tyrannis diſcernenda ſunt tria: Res, perſonæ & vitia.

21. Amabat Paulus ordinem Politicum, etiamſi Neronem oderat, quem norat horribiliter agitari à Diabolo: vitia etjam rei deteſtabatur injuſtas leges & expilationes.

22. Summi ordines, quia pars ſunt conſilii publici & gubernationis, non debent concedere Caligulæ, Neroni, &c. infinitam licentiam omnium ſcelerum, Sed removere tales furias, & in omni officio pios defendere.

23. Cum per ſeſe omnis gubernatio maximè vero Eccleſiaſtica difficilima ſit, & plena ærumnarum, valde cumulantur ærumnæ, cum ad externa impedimenta accedit domeſtica contumacia.

24. Econ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

24. Econtra vero cum domi concordia eſt, facilius ſuſtineri certamina & labores poſſunt.

25. Quomodo Deo gratias aget, qui parentum pericula, dolores, labores, & curas non agnoſcit?

26. Mundus plenus eſt furtorum, id eſt, injuſtorum aucupiorum, iniquorum contractuum, rapacitatis & ſimilium vitiorum.

27. Utraq; virtus neceſſaria eſt: parſimonia in conſervandis patrimoniis: Et liberalitas in largiendis Eleemoſynis ſed neceſſariis.

28. Eæ ſunt quæ conferuntur. 1. ad miniſterii Eccleſiaſtici conſervationem. 2. egenis cognatis & propinquis, quorum in dandis Eleemoſynis primum habenda eſt ratio, quod iis dupliciter ſimus obligati, & naturali φιλοστοργίᾳ, & propter commune præceptum. 3. alienis, quos tamen præſens occaſio & neceſsitas nobis commendat.

29. Poteſt Chriſtianus uti contractibus & Legibus civilibus juri Naturæ conſentaneis.

30. Reditus pro precio æquabiliter emptos poſsidere & vendere licitum eſt, etjam cum pacto redemptionis ſeu de revendendo.

31. Subſtantialia emptionis ſunt: Merx, precium, & conſenſus.

32. Regula: Peccatum non dimittitur niſi ablatum reſtituatur: vera eſt in genere de omnibus qui ſcientes & volentes alienum detinent, & habent unde reddant.

33. Impoſsibilitas habet excuſationem: Et ſunt varii caſus in quibus adhibenda eſt ἐπιείκεια, ut in aliquibus arcanis negociis cavenda ſunt ſcandala & infamia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

34. Juſtis bellis occupata jure tenentur. Verè enim juſta bella gerentes Domini fiunt corporum & rerum quas capiunt.

35. Dominium rerum & redituum Eccleſiaſticorum, non ad Pontifices, aut Principes, aut populum, ſed ad Eccleſiam pertinet.

36. Nec Epiſcopis, nec principibus, nec populo licet hos reditus ransferre ad alios uſus, quam ad conſervationem miniſterii, Eccleſiæ & ſtudiorum.

37. Multiplicia peccata ſunt in hoc genere, quia omnes qui fruuntur his bonis neglecto miniſterio Evangelii, Eccleſia, & ſtudiis, peccant.

38. Jura fundationum & fundatorum retinenda, recteq; uſurpanda ſunt.

39. Deteriores ſunt, qui Doctorum vitam moresq; calumniantur, quam qui diripiunt aliorum prædia.

40. Mendacium eſt depravatio ejus quod dici verè debet contra conſcientiam facta.

41. Fides hoſti data piè ſervanda eſt.

2. De Evang. & Iuſtific. 42. Confuſio vocum, appellationum & phraſium Theologicarum offundit magnam caliginem Evangelio.

43. Non pugnant inter ſe hæc: Evangelii promisſio eſt gratuita: Et: Evangelii promiſſio habet conditionem fidei.

44. Sine fide nulla eſt vera invocatio, non apprehenditur Mediator.

3. De bon. operib. 45. Dictum Auguſtini: Dilectio meretur augeri dilectionem: non eſt malum. Si non malè accipiatur.

46. Fides in omnibus periculis, negociis, virtutibus & actionibus exercenda eſt.

47. Peccatorum diſcrimen tenendum eſt. Quædam

dam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

dam ſunt ejuſmodi, ut ſimul exiſtere fides & gratia poſsit. Alia excutiunt fidem, gratiam & Spiritum Sanctum.

48. Illa dicuntur venialia, hoc eſt, talia quæ ſanctis condonantur, & propter quæ non amittunt fidem & Spiritum Sanctum.

49. Hæc mortalia, propter quæ illi qui fuerant juſti amittunt fidem & Spiritum Sanctum, & fiunt rei æternæ mortis.

50. Tenendum eſt hoc diſcrimen, idq; nos excitet ne ſimus ignavi, nec laxemus frenum cupiditatibus, ne dona Dei amittamus:

51. Quin meminerimus aſsiduè tanquam in acie ſtandum eſſe, & cavendas inſidias Diaboli, & reprimendos vitioſos motus, ad excitandam invocationem & fidem in tantis vitæ periculis, quæ & majora & plura ſunt, quam ut intelligi aut proſpici à nobis poſsint.

52. Infantibus opus eſt baptiſmo ut ſalventur. Ete- 4 De Sa-
nim ἐὰν μὴ τις γεννηθῇ ἄνωθεν ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος cr. baptiſ.
οὐ δύναται (ἰδεῖν τὴν) εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Joh. 3.

53. Cum Chriſtus clarè pronunciet Math. 18. infantes illos ſalvos fieri, qui ſunt in populo Dei, non alios extra Eccleſiam, ſequitur neceſſario inſerendos eſſe Eccleſiæ, illisq; applicandum primum Sacramentum.

54. Ergo irrefragabiliter ſequitur infantes ante baptiſmum non eſſe membra Eccleſiæ, ſed per applicationem primi ſacramenti Eccleſiæ inſeri.

55. Et quia tantum illi infantes ſalvi fiunt, qui ſunt inſerti Eccleſiæ, hinc itidem baptiſmi ad ſalutem neceſsitas & efficacia liquido aſſeritur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

56. Iterum obſervetur, nominari quidem Baptiſmum ſignum & teſtimonium, ſed tale ſignum, tale teſtimonium, per quod infantes inſeruntur Eccleſiæ, accipiunt remiſsionem peccatorum, Spiritum Sanctum, ſalutem æternam, & per quod applicatur promiſsio Evangelii, Deusq; eſt verè efficax.

5. De pœnitent. 57. Vocabula uſitata multis de cauſis in Eccleſia retinenda ſunt, etſi non totam rei naturam exprimere videantur.

58. Evangelium arguit peccata, ſed eam ad rem utitur miniſterio legis.

59. Cumq; hoc pacto orti ſunt terrores, proponendum eſt Evangelium, ut accedat conſolatio, in quo promittitur remiſsio peccatorum propter Chriſtum.

60. Docendæ ſunt Eccleſiæ, ne aliud quærant præter fidem, ut mereantur remiſsionem peccatorum.

61. Non ſine certamine magno conſcientia revocatnr ad fidem, ut quæ præter eam etjam alias conſolationes quærere ſolet.

62. Omnia Sacramenta ſunt applicationes promiſsionis Evangelicæ ad ſingulos.

63. Atq; hoc nomine D. Philippus abſolutionem etjam inter Sacramenta referre hoc loco ſine ſuperſtitione voluit.

64. Quemadmodum per miniſterium in baptiſmo remittuntur peccata: ita & in abſolutione.

65. Per miniſterium dico: Quia ipſa remiſsio Dei eſt, qui per miniſterium eam donat ſeu communicat.

66. Contemnentibus iram Dei, qui perſeverant in flagitiis contra conſcientiam non eſt impertienda abſolutio.

67. Sa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

67. Satisfactionum humanarum tres præcipuè ſunt ſpecies: Civiles, Canonicæ (quæ & Eccleſiaſticæ dici poſſunt) & Pontificiæ.

68. De Cœna Domini D. Philippus diſtinctiſsimè loquitur, atq; utrumq; diſertis verbis exprimit: Et verè Chriſtum nobis exhibere corpus ſuum & ſanguinem ſuum manducandum & bibendum, Et verè illa ſumi, manducari & bibi: Et verè Chriſtum efficacem eſſe, & donare ſua beneficia. 6. De Cœ. Dom.

69. Quando igitur ait Cœnam Domini eſſe teſtimonium voluntatis Dei erga nos, & Chriſtum hoc pacto teſtari nos eſſe membra pro quibus ſit paſſus: minimè veram veri corporis & ſanguinis ſumptionem clariſsimè hic aſſertam negat.

70. Quin potius & ſubſtantiam ejus quod ſumitur, & finem ſeu uſum ſalutaris ſumptionis diſtinctè indicare voluit.

71. Et de fructu utroq; genere loquendi utitur: Chriſtum in uſu Cœnæ & donare ſua nobis beneficia, & teſtari ea ad nos pertinere.

72. Vocabulum manducare, quo D. Philippus utitur, non poteſt aliter, quam de Corpore & Sanguine Domini exponi.

73. Exigit hoc totus contextus. Exigunt hoc voces additæ: Sumunt: Exhibet.

74. Cum igitur dicit ceremoniam ſine pœnitentia & fide non prodeſſe: utiq; affirmat ipſum Sacramentum, & ipſam manducationem Sacramentalem, multis jam verbis deſcriptam & aſſertam, ſine pœnitentia & ſine fide eſſe & fieri poſſe, atq; ita ſeu eatenus impœnitentibus & incredulis, cum pœnitentibus & credentibus communem eſſe.

75. Om-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

75. Omnino igitur diſcernit inter ipſum manducare ſeu ſumere, & manducantis fidem.

76. Diſcernit etjam hoc ipſo, ut & in toto contextu inter manducationis ſeu rei manducatæ ſubſtantiam, ejuſq; uſum ſeu fructum.

77. Diſcernit etjam inter id, quod in Sacramento eſt, ſeu quod Sacramentum eſt, & inter id quod ad Sacramentum, ejuſq; manducationem, ut ſalutaris ſit, neceſſarium eſt.

78. Alterum ſimpliciter pendet ab inſtituentis ordinatione, cujus vi verè id eſt & fit, quod Teſtatoris pronunciatum habet.

79. Alterum, ut pœnitentia, fides, invocatio, conſideratio mortis & reſurrectionis Chriſti, gratiarum actio &c. concurrant, requirit.

80. Acquieſcamus ergo in eo & Sacramenti ſubſtantiam à ſalutari uſu piè diſcernamus, nosq; ad frequentem & piam ejus uſurpationem præpararc diſcamus. AMEN.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERAL. DECIMUSSEXTUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Laurentius Fedderſen Huſenſis vocatus ad Sacellanatum Pilwormenſem
in Nordtſtrandia.
M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

APHORISMORUM ET CONCLUSIONUM EX CATECHESI PHIlippica miſcellatim excerptarum octogena poſterior.

1. Diſsimiles & ambigui modi loquendi pariunt multas in religione diſſenſiones (cum alius aliud intelligit) ſæpe etjam errores. Cat.

2. Si nulla eſſet lex ſeu obligatio, quomodo id quod fit contra voluntatem Dei eſſet peccatum? 1. Loc.

3. Lex fieri non poteſt, niſi agnito ex Evangelio Chriſto: placet, quia credimus in Chriſtum.

4. In omni peccato ſimul ineſt violatio primi præcepti, cum omnis inobœdientia ſit contemtus Dei, ſeu deficere à Deo.

5. Sicut contra omnia vera bona opera aliorum præceptorum fiunt opera primi præcepti, cum fiunt, quemadmodum debent, propter Deum, quod cupiamus illi grati eſſe & obœdire.

6. Aeternâ pœnâ nemo punitur ſine peccato proprio: In corporalibus autem unus fit reus exitii multorum, & pœnæ temporales vagantur per plures.

7. Non in totum removenda eſt mentio præmiorum, ſed gradus ſervandi ſunt: Conſtat autem mandatum Dei eſſe, ut præmia ab ipſo petamus.

8. Alii cogitant ſimpliciter caſu evenire bona & mala: alii cogitant Deum non tanti facere noſtra opera, ut reddat præmia: Ita duplex eſt impietas.

9. Opus noſtrum fide factum juxta verbum traditum, fit & ſpiritualis Dei cultus, & quoddam quaſi Sacramentum, quod admonet nos divinæ promisſionis,

10. Præcipuum Epiſcoporum officium eſt conſulere ambigenti Eccleſiæ, & curare, ut dijudicentur ambiguæ controverſiæ religionis.

11. Dubitatio eſt horribilis carnificina conſcientiarum pariens deſperationem & impietatem.

12. Sæpe homines callidi alienant animos aliorum ab Evangelio calumniis artificiosè excogitatis.

13. Magiſtratus, cum ſit cuſtos totius legis, quod ad externam diſciplinã attinet, & defenſor non tantum corporis, ſed etjam gloriæ Dei: puniat perjuria & alias contumelias externas nominis divini, Epicureos ſermones, atroces execrationes, hæreticos ſerentes falſa & impia dogmata, re à piis & doctis ad amuſsim verbi ritè examinata & judicata &c.

14. Illicita juramenta quibus promittitur vel peccatum, vel aliquid quod ſine peccato præſtari nequit ſervanda non ſunt, ne multiplicetur peccatum.

15. Peccat qui in aliquo neceſſario officio propter ceremonias officium negligit: Peccat & is, qui miniſterium verbi contemnit, ridet, odit, negligit, impedit, atq; eo animo ordinem & ceremonias inſtitutas violat. Servandi enim ſunt ritus non pugnantes cum Evangelio propter conſervationem miniſterii, bonum exemplum, aliosq; fines ſalutares.

16. Obœdientia politica duplex eſt: Pia quæ fit Deo & Salvatore verè agnito & fide apprehenſo, ad ejus obœdientiam, agnitionem, confeſsionem & gloriam omnia dirigens: Impia quæ ſecus.

17. Honos quarti præcepti duo complectitur, interiorem ſcilicet reverentiam & externam obœdientiam: Utriusq; objecta ſunt duplicia: perſonæ & ipſe ordo, qui retinet ſocietatem civilem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

18. Quando ſine perſonis has ordinationes conſi-deramus, magis apparet, & Dei ſapientia, mirifica bonitas ſeu beneficentia erga nos, & ordinis ipſius pulchritudo atq; utilitas.

19. Animo enim ſecernimus vitia, quæ Diabolus ac hominum infirmitas & improbitas admiſcent, quarum confuſionum & vitiorum tetrâ ſpecie deformatur, ne verè conſpiciatur nec putetur hæc ſocietas civilis Dei munus eſſe.

20. Gradus ſunt in imperiis Dei conſilio conſtituti, ut plures conferant conſilia & operas: Gradu igitur aliquo aberrante, cæteri tamen gradus excubent pro communi ſalute & frenum injiciant immaniter graſſanti, modo & ordine convenienti.

21. Debent ſubditi tributa, hoc eſt, ordinarias penſiones, & extraordinarias collationes, ſi probabilis ratio ſit cur petantur.

22. Quando Paulus dicit obœdiendum eſſe non ſolum propter iram ſeu pœnas, ſed etjam propter conſcientiam, teſtatur contumaciâ pollui conſcientiam, id eſt, excuti gratiam, Spiritum Sanctum & fidem: & amittere hominem hæreditatem æternæ ſalutis, fieri reum iræ Dei, ac ruere in æternas pœnas, niſi iterum ad Deum convertatur.

23. Magiſtratus etjam privatam vindictam exercet, cum ſine legum autoritate privata cupiditate innocentes lædit.

24. Politicam juſtitiam & requirit Deus & præmiis corporalibus ornat.

25. Iraſci propter gloriam Dei & amorem juſtitiæ eſt virtus, & quidem peculiaris & excellens motus ineſt Sanctis viris inflammatis ſtudio defendendæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

gloriæ Dei & juſtitiæ, aut ira adverſus impietatem & turpitudinem.

26. Cavendum autem eſt ne privatis affectibus atq; odiis prætexatur ſpecioſum nomen zeli.

27. Maximæ calamitates humanæ plerumq; ſunt pœnæ idolatriæ, tyrannidis, & libidinum.

28. Certiſsimum ſignum eſt impendentis exitii imperiis & civitatibus, quando ad ipſa vitia accedit impunitas & contemtus peccati.

29. Contractus quia ſunt ordinationes Dei, ſicut aliæ res ſeu ordinationes politicæ, liciti ſunt, ſi licitè uſurpentur.

30. Contractuum fundamentum eſt æqualitas, ſive officia ſive res communicentur.

31. Gratuiti contractus ſunt mutuatio & depoſitum: In emptione & locatione lucra conceduntur.

32. Uſuræ, quando in mutuatione paciſcimur, ut aliquid ſupra ſortem detur propter ipſam mutuationem, injuſtæ ſunt.

33. Solvere id quod intereſt, uſura non eſt, cum nimirum aliquis alteri dedit efficacem cauſam damni.

34. Juſtè res præſcriptione tenentur propter autoritatem legis, quæ domina eſt rerum.

35. Abſit autem dolus in præſcriptione, ut bono titulo rem nactus ſis, cum reliquis circumſtantiis, de quibus leges.

36. Heroicos viros maximè decet ingenuitas.

37. Quædam diſtortæ naturæ adeo ſunt virulentæ & plenæ livorum & ſuſpicaces, ut ſola naturæ malevolentia ſine aliis cauſis impellat eos ad maledicendum.

38. Oψev

38. Οψον αἱ κατηγορίαι τοῖς φθονεροῖς.

39. Privata maledicentia eſt, quandocunq; extra judicium, aut concionem, aut deliberationem, aut piam caſtigationẽ dicuntur in alios convitia, etjamſi vera & manifeſta ſunt.

40. Ubi videlicet non dicuntur, ut vel ille emendetur qui accuſatur, vel conſulatur aliis: Sed erumpunt aut ex naturæ vanitate, aut ex morbo aliquo animi.

41. Nonnunquam facilius ſatisfit pro homicidio corporali, & furto, quam pro calumnia.

42. Fucatus non verè judicat.

43. D. Philippus quando Evangelium generaliter definit prædicationem pœnitentiæ & promiſsionem &c. minimè Evangelium & legem confundit. Utrumq; enim in contextu addit argui peccata miniſterio legis, Evangelii autem principalem & proprium locum eſſe promiſsionem gratuitam. 2. De Evang & iuſtific.

44. Cumprimis notandum eſt prædicationem pœnitentiæ & promiſsionem Evangelii æquè latè patere.

45. Semper operibus præire fides debet, ut cogitet mens ſe velle obœdire Deo & hoc opus Deo placere propter Chriſtum, & roget ut à Deo regatur. 3. De bon. operib.

46. Concupiſcentia cum ſuis fructibus, etſi fiunt venialia peccata: reipſa tamen ſunt mortalia peccata in non renatis.

47. Minimè igitur pii illa extenuent aut contemnant: Sed fide ſe erigant, ſibi ignoſci petant, & ſerio illis morbis repugnent.

48. Hoc certamen eſt vera pœnitentia piorum, in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

qua creſcit novitas ſpiritualis, & concipiuntur novi & ardentiores motus ſpirituales.

4. De Sac. Baptis. 49. In verbis baptiſmi comprehenſa eſt promiſsio & ſumma Evangelii, & veri cultus deſcriptio, quæ diſcernit baptizatos à gentibus & Judæis.

50. Paciſcitur ſeu pactum init nobiſcum Deus in baptiſmo, quod verè velit nobis eſſe Deus, verè velit Filii beneficium & Spiritum Sanctum omniaq; bona nobis impertiri &c.

51. Notabilia ſunt verba D. Philippi: Quod verè Deus te receperit in gratiam &c. id teſtatus eſt hoc ſigno, in quo paciſcitur nobiſcum ſe nobis futurum eſſe Deum, Salvatorem & opitulatorem.

52. Quod igitur baptiſmus vocatur ſignum, quod teſtimonium voluntatis Dei erga nos: Hoc nihil obſtat, cur non etjam verè ſit medium, per quod Deus nobiſcum paciſcitur, maximè cum remiſsio peccatorum & donatio Spiritus Sancti effectus baptiſmi nominentur.

53. Ubi non eſt verbum Dei, aut Sacramentum, ibi non datur Spiritus Sanctus, qui datur per verbum & Sacramenta.

54. Afferunt ſecum infantes etjam in populo Dei peccatum originis, hoc eſt, reatum & corruptionem.

55. Habent igitur opus remiſsione peccatorum.

56. Nulla autem remiſsio peccatorum ſine miniſterio verbi & Sacramentorum.

57. Igitur infantibus applicandum eſt miniſterium baptiſmi.

58. Quid clarius & de ſtatu ſeu conditione infan-

tium

tium non baptizatorum etjam in populo Dei, & de fructu ſeu efficacia baptiſmi dici poſſet?

59. Quo facit & hæc argumentatio D. Philippi. Quia promiſsio Evangelii pertinet ad infantes, etjam Sacramentum quo illa applicatur.

60. Ergo promiſsio Evangelii pertinet quidem ad infantes, ſed non niſi per baptiſmum applicatur.

61. Proprius cultus piorum eſt in omni invocatione, totaq; vita & vocatione fidem exercere. 5. De pœnitent.

62. Bonum propoſitum eſt inchoatio novæ obœdientiæ, complectens bonos motus omnium virtutum, nec fit ſine fide.

63. Semper vera pœnitentia bona parit opera.

64. Privata abſolutio non tantum retinenda, ſed & ſæpe multumq; ea uteudum eſt.

65. Qui perterrefactus ſe reum eſſe agnoſcit, nec ſua juſtitia confidit, ſed ad promiſſam miſericordiam confugit, verè impetrat remiſsionem peccatorum.

66. Nota deſcriptionem privatæ confeſsionis, nimirum oſtendere coram miniſtro Evangelii nos agnoſcere iram Dei adverſus noſtra peccata, & petere ut vocem Evangelii nobis impertiat, & teſtari nos deinceps bonos fructus pœnitentiæ eſſe facturos.

67. Diſcernenda eſt remiſsio æternæ pœnæ, à remiſsione præſentium & temporalium pœnarum.

68. Hæ enim interdum etjam poſt pœnitentiam irrogantur, partim exempli cauſa, partim ut pii exerceantur & emendentur.

69. Sæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

69. Sæpe quoq; Deus punit ſontes ante pœnitentiam, ut revocet eos.

6. De Cœ. Dom. 70. Notentur phraſes D. Philippi de Cœna Domini, & diligenter ponderentur: Sumi corpus & ſanguinem Domini: Chriſtum adeſſe & efficacem eſſe: fieri manducationem: Exhibere tibi Chriſtum corpus ſuum, ut donet tibi ſua beneficia: Exhibere tibi ſanguinem, ut ſcias te ſanguine ipſius ablutum eſſe: prodeſſe manducare agentibus pœnitentiam, & fide mortem & reſurrectionem Chriſti intuentibus, credentibusq; &c. Ceremoniam non prodeſſe ſine pœnitentia & fide.

71. His phraſibus tum quid in Cœna Chriſtus omnibus manducantibus exhibeat, tum quid per eam exhibitionem operari ſeu efficere in pœnitentibus & credentibus velit, clariſsimè oſtenditur.

72. Aurea & nunquam ſatis celebrata regula eſt: Sacramenta extra uſum à Chriſto inſtitutum non ſunt Sacramenta.

73. Verum ut Regula hæc eſt optima ita abuſus ejus peſsimus. Rectè ergo intelligenda & applicanda, ne in Sacramentorum authorem injuria ſit.

74. Uſum intelligit hæc Regula non pœnitentiam, fidem, & alia quæ in ſalutari uſu concurrere neceſſe eſt.

75. Sed intelligit ipſam (ut de Cœna tantū loquar) manducationem & ſumptionem formalibus Sacramenti aſſertam.

76. Quod & ſcopus perpetuus uſurpatæ ab Eccleſia regulæ hujus, & totus qui hic eſt contexus, luce meridiana clarius demonſtrat.

77. Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

77. Nam & paſsim alibi, & hic extra uſum ita explicatur, quod ſit quando ex Cœna Domini fit oblatio, vel cum applicatur pro vivis & mortuis &c.

78. Quod ipſum ſimile de baptiſmo Ag. poſt. ex Cat. Th. 62. allatum abundè oſtendit.

79. Opus ipſum uſurpandi Sacramentum non poteſt aliis mereri remiſsionem peccatorum, utpote quam ſingulos oportet accipere gratis propria fide, quæ nititur Chriſto, non merito ullius operis humani.

80. Applicatio igitur pro aliis cum doctrina de fide pugnat.

τέλος.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERAL. DECIMUS Septimus
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Ivarus Johannis vocatus ad Paſtoratum
Enſtedenſem in præfectura
Tunderenſi.

M D C IIII.

V. de [illegible] Zur Schles. Holst. Kirch. [illegible] p. 1.2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LOCIS COMMUNIBUS URBANI REGII THEOLOGI Anno 1523. ſcriptis & 1524. Auguſtæ editis homilia prima.

Scriptura. 1. Sacra ſcriptura eſt vetus & novum teſtamentum, uſitata appellatione biblia dicta.

2. Hæc ſcriptura Spiritum ſanctum habet autorem, ſuntq; libri ejus germani & γνήσιοι, πάσης ἀποδοχῆς ἄξιοι, utpote omni falſitate ac errore vacantes, quibus ſufficienter comprehenditur quicquid ad ſalutem eſt neceſſarium.

3. Ad conſcientiæ enim inſtitutionem, directionem & gubernationem in regno fidei in ſpiritu nullo alio verbo, nullâ doctrinâ, nullo præcepto opus homo habet præter hanc ſanctorum bibliorum ſcripturam.

4. Vehementer autem de eo controvertitur, an, quomodo, & à quonam ſcriptura rectè intelligi & explicari poſsit, cum nemo non ſive peritus ſive imperitus is ſit, eam tractare ac uſurpare præſumat.

5. Hæc pugna rectiſsimè dirimitur adhibitâ piâ ſcripturarum collatione, quando videlicet ſententiæ non truncatim nunc ex hoc nunc ex illo loco excerptæ corraduntur & arroduntur: Verum quando ipſa ſcriptura in capite & calce, primis mediis & ultimis adeoq; in ſe tota ſeu univerſa conſideratur, atq; ad trutinam fidei appenditur.

6. Unus idemq; eſt ſpiritus & veteris & novi teſtamenti: qui enim per ſanctos prophetas Chriſtũ venturum nobis eſt vaticinatus Spiritus, idẽ etjam Evangeliſtarũ & Apoſtolorũ corda & calamos rexit. Siquidẽ teſtante Apoſtolo 2. Pet. 1. πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται. Οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ᾽ ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι.

7. Eſt igitur verbum biblicum non hominis ſed ipſius Dei verbum ſeu doctrina, per homines literis mandata, verum animæ pabulum Mat. 4. quod ἀκούοντες καὶ φυλάσσοντες μακάριοι pronunciantur Luc. 11.

8. Unicæ huic & ſoli ſcripturæ præter omnem hæſitationem ceu ipſi Dei veritati firmâ fiduciâ credi & debet & poteſt, atq; ad illius normam quicquid ab ullo alio ſcriptore humano proditur examinandum, exigendum & judicandum eſt.

9. Deus ſolus eſt æternus, cæteræ res omnes habent principium: Eſtq; Dei natura bonitas & benefacere. Deus.

10. Agnoſcitur quidem atq; eſſe intelligitur Deus per pulchritudinem, taxin & adminiſtrationem rerum ab ipſo conditarũ: vera autem & ad ſalutem neceſſaria Dei agnitio Chriſti notitiam includit.

11. Chriſtum noviſſe verâ fide ſcire eſt, ad quid pater filium ſuum Jeſum Chriſtũ ad nos miſerit, quamq; ingentia inexhauſta & immenſa bona nobis per eundem elargitus ſit.

12. Verus ſeu ſincerus Dei cultus eſt Deum conditorem cœli terræ & omnium creaturarum rectè agnoſcere, omnem ſpem & fiduciam in ipſum ſolum fixam habere, ut qui & ſolus juvare queat, cum ſit omnipotens, & promptiſsimè atq; ex animo velit, cum ſit pater noſter cœleſtis: & propterea ipſum præ omnibus diligere omnibusq; rebus præferre, tanquam bonum maximum & ſupremum: idq; non propter præmium ſeu mercedem, ſed propter ipſum Deum: deniq; illum timere non terrore ſervili ſed reverentia filiali. Cultus Dei.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Gottes größeſte vnehr. 13. Summa in Deum contumelia ſeu maxima Dei dehoneſtatio (ut ita dicam) eſt, ſpem, fiduciam & ſummum amorem in creaturam quamcunq; reponere, & Dei verbo in quo ſeipſum nobis ultro tanquam unicum, promptum, liberalem, opulentum & verum ſervatorem offert & exhibet, fidem non habere.

Lex. 14. Lex eſt ſententia ſeu edictum, quo bona præcipiuntur & mala vetantur, verbi cauſa: Deum & proximum diligito, furtum ne committito, neminem occidito &c.

15. Eſt autem lex ſpiritualis Rom. 7. hoc eſt ſcrutatur & poſtulat affectus & cor ipſum, poteſtq; illi tantum per ſpiritum, non vero per carnem, quæ ipſi infeſta eſt, ſatisfieri.

16. Hinc adeo eſt, quod per legem non niſi ad terrores & agnitionem peccati & damnationem pervenitur: Sola autem fides, Dei donum, quæ per charitatem efficax eſt, legem implet.

Evangelium. 17. Evangelium lætum eſt nuncium emiſſum divinitus ad genus mortalium, de hominis per Chriſtum Filium Dei unigenitum à peccato, morte & inferno liberatione.

18. Differt lex ab Evangelio. Illa homini terrorem incutit & morbum manifeſtat. Hoc conſolatione territum erigit, & medicum exhibet. Legis vox eſt: peccator es & damnationi obnoxius. Evangelii: ſis bono animo: Chriſtus peccatum tuum in ſe tranſtulit, ſuperavit & ſolvit ſatisfaciendo. In hunc tuum ſervatorem crede: hæc fides coram Deo te juſtificat & veterem hominem cum carnalibus ſuis concupiſcentiis in te mortificat.

19. Itaq; quisquis per veram hujusmodi fidem

Chri-

Chriſto Domino noſtro unitur, in illum nec peccatum, nec mors, nec infernus quicquam vel juris vel virium vel accuſationis habent. Rom. 3. 4. 8.

20. Hæc fides non eſt levicula, ſomnolenta aut ociosa quædam de Deo opinio ſeu perſuaſio, ſed viva fiducia in miſericordiam Dei promiſſam nobis abundeq; exhibitam in Chriſto JEſu Domino noſtro, atq; variis ſignis ſeu ſigillis, qualia ſunt Sacramenta, confirmatam & ratam. Fides.

21. Quisquis autem verè recteq; credit, à ſcriptura, quæ ut de judicio & ira, ſic & de miſericordiâ concionatur, totus pendet, & quidem tam ardenti & ſeriâ conſtantia pendet, ut in omnibus adverſis illi incumbat, quin imo mortem ipſam ea fultus oppetat.

22. Hæc germana illa ac Chriſtiana fides eſt, quæ charitatem Chriſtianam ſecum addúcit. Per fidem enim intelligit homo inexhauſtum Dei erga nos amorem, quo cor ipſius primum quidem emollitur & pacatur ſeu ſedatur, deinde quoq; viciſsim divini amoris igne inflammatur, ut pro tanta miſericordia in lætam & ardentem gratiarum actionem prorumpat, & ad placendum Deo promptum expeditumq; ſe ſiſtat: ſimiliter etjam proximo eundem in modum ſervire & legi divinæ obſequi ſtudeat.

23. Ubicunq; vero miſericordia Dei hoc pacto non ſentitur, ibi revera contemptus aut neglectus aut odium Dei cor occupat. Eſtq; πᾶν ὃ οὐκ ἐκ πίστεως ἁμαρτία. Rom. 14.

24. Perpetuo fides ſuos fert fructus, qui ſunt bona opera, atq; ubi opera charitatis non elucent, ibi non niſi mortua quædam fides dominatur Jac. 2. Bona opera.

25. Ut igitur Chriſtianus opera verè bona edere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

queat, ante omnia piis precibus fidem efflagitare neceſſe habet. Prolixe de bonis operibus loqui aut ſine fide præſtare ea velle, eſt equos currui ſubjungere.

26. Multa ſine fide moliri & operari, eſt oleum operamq; perdere, & cum hæmorrouſa Luc. 8. ὅλον τὸν βίον εἰς ἰατροὺς προσαναλῶσαι neq; tamen θεραπευθῆναι.

27. Si de bonis operibus ſollicitus es initio de fide circumſpicito piè cum diſcipulis Chriſti orans: Domine adauge mihi fidem. Deinde legis divinæ poſtulata perpendito & facito. Ejusmodi enim opera bona ſunt ac Chriſtiana quæ ſcilicet ex fide fluunt, atq; ex edicto Dei fiunt.

28. Suſpectum tibi ſit, quicquid præter Dei mandatum ſufficienter atq; optimo ordine in ſcriptura expreſſum, ſuſcipitur. Neq; enim vult Deus coli humanis doctrinis, legibus, conſtitutionibus aut ſanctiunculis.

29. Quod ſi quis regia fidei vitæq; Chriſtianæ via relicta peculiarem quandam ſemitam ad ſalutem per opera ſuopte arbitrio excogitata, quærit, is periculoſo eſt ſtatu. Quisquis enim non ſequitur doctrinam Chriſti, qui lux eſt vitæ noſtræ, & veritas ipſa, illum in tenebris cæcutiendo incedere, & in deviis oberrando impingere eſt neceſſe.

30. Exempli cauſa: Sanctis mortuis ſi quis ſervitium præſtet, ſanctis interim viventibus, fratribus inquam & ſororibus in Chriſto præteritis, in tenebris palpitat. Ex quo tu cætera colligito.

Sacramentum. 31. Sacramentum propriè ſacrum eſt ſignum in fide noſtra quod divinarum promiſsionum nos commonet, & corda noſtra in verâ fiducia erga Deum confirmat, qualia ſunt baptiſmus & Sacramentum altaris.

32. Au-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

32. Audis Deum indulgentiam peccatorum tibi pollicentem, qui propterea filium ſuum in mortem crucis tradidit, ut per mortem Chriſti Deo reconcilieris Rom. 5. 6. hoc ſi vera fide amplecteris & tenes, rem ipſam complecteris & habes: atq; in hunc finem corpus & ſanguinem ſuum tibi Chriſtus in Sacramento exhibet, ut certum ſignum & indubitatum pignus promiſsionis jam dictæ habeas.

33. Quam certus erat Gideon ſe ſuperaturum hoſtes ſuos, fretus nimirum promiſsione divinitus data, atq; igne & vellere ceu ſignis divinis infallibilibus confirmata: tam quoq; tu certus es te miſericordiam conſecutum, quando audis vera fide Dei promiſsiones de delictorum venia, & accipis baptiſmum aut Euchariſtiam in obſignationem & aſſecurationem iſtarum promiſsionum.

34. Horum Sacramentorum verorum vereq; divinorum cum ſubſtantiam tum uſum & vim diligenter & ſtudiosè diſcito: Vix enim conſolationem ullam conſcientiæ in terra majorem habent: Ea enim eſt ſcriptura teſte Sacramentorum efficacia & operatio.

35. Chriſti mors eſt noſtra ſatisfactio pro peccato, Mors
ſolus enim Chriſtus ſatisfecit, quia is ſolus redemit Chriſti.
Eſai. 53. & 1. Cor. 1.

36. Noſtra in terris hiſce paſsio, afflictio & crux non eſt propriè ſatisfactio pro peccato, ſed mortificatio hominis veteris & carnalis, qua fit ut ſecundum operationem & virtutem baptiſmi Chriſtianus conformis reddatur Chriſto capiti ſuo, moriatur & viciſsim reſurgat nova creatura in Chriſto.

37. Oportet enim hominem regnum cœleſte ingreſſurum γεννηθῆναι ἄνωθεν ex aqua & ſpiritu Johan. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ἄιρειν τὸν ςαυρὸν καὶ ἀκολουθεῖν τῷ χριςῷ. Mat. 16. carnem ſuam σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις crucifigere, ſi Chriſti peculium eſſe velit Gal. 5. Et quisquis pie vivere vult perſecutionem patietur 2. Tim. 3.

Caro. 38. Caro in ſcriptura plerunq; non tantum corpus, ſed univerſum veterem carnalemq; hominem Adami filium cum corpore & anima ſignificat, utpote qui ex & à prima nativitate peccator & filius eſt iræ Eph. 2. Gen. 6. Quicquid ex carne naſcitur caro eſt Joh. 3.

39. Priuſquam enim per fidei Spiritum renaſcitur, mera eſt caro, hoc eſt, ex propriis viribus ſecundum tam corpus quam animam nil niſi terrena capere, cogitare, ſapere, meditari & deſiderare poteſt. Cœleſtia ſublimiora illi ſunt & ſubtiliora, quam ut ea aſſequatur, neq; quicquam recti de Deo & rebus cœleſtibus novit.

40. Cauſa hujus mali eſt venenum peccati originalis, quod lethiferam cladem homini attulit in corpore & anima: Quapropter illud ipſum peccatum originis dictum, nequaquam leve aut exiguum damnum æſtimandum eſt.

41. Per id enim mens hominis ſeu intellectus excæcatus nihil recti ex ſe ſuisq; viribus ſine gratiâ intelligit: voluntas corrupta eſt, averſa à bono, prorſusq; obtorta, & uſq; adeo re fracta, morbida & vulnerata, ut malum pro bono eligat, & obfutura tanquam profutura concupiſcat.

42. Et ut rem ſimili aliquo modo pingam, quemadmodum febris laborantis guſtum corrumpit, ut dulcia appareant auſtera, nocitura jucunda: ita peccatum originale verè ſordidum & fœtidum, omnes vires hominis perdidit, ut ſine magnâ quadam & inſigni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſigni renovatione ad naturam ſuam propriarumq; functionum operationem redire nequeant.

43. Renovari igitur & ſanari hominem, ſi damnationem effugere velit, neceſſe eſt, id quod fit, quando Chriſti filii Dei paſsio operationes ſeu vires ſuas in homine exercet, ſic ut ſpiritus fidei contra carnem pugnet, & caro ipſa tandem internecione omnimoda pereat, & carnalis homo (docente baptiſmo) plane ſubmergatur & cœnum nativitatis Adamicæ peccato corruptæ prorſus abluatur, novusq; homo exiſtat κτ̃ θεὸν κτισθεὶς ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. Eph. 4.

44. Spiritus ſignificat Spiritum ſanctum, & ejus in nobis motus & operationes. Spiritus.

45. Porro ut idem ſunt: homo externus, homo vetus, ſeu vetus Adam, caro & corpus peccati &c. ita idem ſignificant: novus homo, internus homo: eſtq; perpetua inter Spiritum & carnem conflictatio Rom. 7. Gal. 5.

46. Habent autem credentes dum in his terris corpus & anima conjuncta manent, ſolummodo τȣ̃ πνεύματος ἀπαρχὴν primitias, ſeu primos fructus Rom. 8. & propterea omnia hominis opera carne quaſi polluta & contaminata, ideoq; peccata ſunt in judicio Dei: quocirca nemo confidere operibus ſuis aut debet aut poteſt, ſed ſola fides in Chriſtum noſtra eſt coram Deo juſtitia Rom. 3. 4.

47. Capitales & primariæ virtutes tres ſunt: fides charitas & ſpes, quarum duæ poſteriores ex fide germana fluunt. Facit enim divinæ miſericordiæ ſenſus, ut viciſsim Deum diligamus, & ſponte prom- Virtutes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ptcq; nos miniſterio aliorum mancipemus, ſeria & ardenti in proximum charitate.

48. Similiter & ſpes ex fide promanat. Fides enim eſt, qua verbo credis, & ſpes eſt qua in verbo promiſſa expectas. Quid enim me ſperare facit? Reſpondeo: fides in Dei verbum. Sic igitur tres hæ virtutes inter ſe connexæ cohærent.

Summa virtus. 49. Maxima virtus eſt de qua Paulus Gal. 5. πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη utpote ſine qua nulla exiſtit virtus.

Summum peccatum 50. Maximum peccatum eſt incredulitas. Qui enim non credit in Chriſtum damnatus eſt, neq; videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum Joh. 3. & quicquid non eſt ex fide peccatum eſt. Rom. 14.

Anima. 51. Anima hominis inſigni nobilitate eſt ornata, creata videlicet ad imaginem ſanctiſsimæ & benedictæ Trinunitatis. Gen. 1.

52. Tres ea habet potentias, mentem ſeu intellectum, voluntatem & memoriam: & tamen unica eſt eſſentia.

53. Hanc imaginem agnoſcere diſcis, dum anima ad Deum ejusq; ſanctiſsimum verbum, quod de hac Dei in nobis ſimilitudine & conformatione teſtatur, reſpicit ac attendit.

54. Nec poteſt latiſsima, diffuſiſsima, altiſsima & ſumma animæ rationalis deſideria quisquam aut quicquam ſatiare præter creatorem & conformatorem ipſum Pſal. 17.

55. Principium quidem anima habet, condita quippe à Deo, interitus vero & finis in univerſum expers eſt, utpote immortalis Math. 16.

56. Eſtq;

56. Eſtq; creatura tam nobilis, tantumq; divinæ imaginis opus & ut ita dicam Deiformis, ut nulla ei res corporalis comparari aut æquiparari poſsit. Mat. 16.

57. Vita duplex eſt: temporalis & æterna. Temporalis initium habet & finem, plena, ut Job queritur, miſeriis, tantumq; umbra veræ & æternæ vitæ ad quam originaliter tenditur. Vita.

58. Verus Chriſtianus vitam terrenam non magni facit, edoctus fide, ſe propter momentum illud non creatum, ideoq; oculis fidei in veram illam vitam cœleſtem, omni morte, omni migratione, omni defectu, omni labe, omni dolore carentem & læta tutiſsimaq; ſecuritate & æterno gaudio abundantem, ſe quaſi ſurſum attollens reſpicit & ſuſpicit.

59. Quisquis igitur invitus ex triſtiſsimo & corruptibili hujus mortalitatis incolatu emigrat, is veteris adhuc Adami plenus eſt, & fidem habet exiguam.

60. Vera enim fides hominem ad deſiderium Chriſti Domini noſtri accendit, & vitæ hujus profanæ impiæ & blasphemæ tædium & odium conciliat, facitq; ut vitæ huic omnibusq; ejus lenociniis & voluptatibus etjam viventes moriamur, adeo ut nihil rerum humanarum & terreſtrium credentem exhilaret & delectet, quippe qui cor ſuum ab omnibus creaturis avulſum gerit & Chriſto ſoli adglutinatus cohæret: exemplo Pauli Gal. 6. dicentis: ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ: δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται καγὼ τῷ κόσμῳ. Et Gal. 2. χριστῷ συνεσταύρωμαι: ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ χριστός. ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ.

61. Vitam hanc infidelibus arridere mirum non eſt, ut

ut qui beatiorem neſciunt: Fidelis autem eo quod meliorem ſibi paratam novit, non magni æſtimat. Illi mortem extremè horrent, exiſtimantes jam ſecum penitus actum eſſe: Electi autem Dei ſancti cum gaudio eam obeunt utpote ex exilio in veram patriam commigrantes.

62. Nec poteſt ulla humana ſapientia, ulla ars, ullave Philoſophia homini etjam omnes ingenii & ſtudii nervos in eam rem intendenti metum mortis excutere. Etenim qui Chriſtum ignorat fideq; non amplectitur jure mortem timet, quæ illi vere horribilis eſt & ad æternam mortem introitus. Chriſtum autem agnoſcens & habens, non vehementer à morte abhorret, quam Chriſtus vicit, cujus ſolummodo verbum efficaciter nos contra horribilem ejus impetum erigit & munit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENER. DECIMUSOCTAVUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Georgius Winterberch vocatus ad
Paſtoratum Rodenneſenſem in
Horsbylharda.
M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LOCIS COMMUNIBUS URBANI REGII ANNO 1523 ſcriptis συζήτησις ſecunda.

Vita æterna. 1. Αυτη ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ ἵνα γινωσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν καὶ ὅν ἀπέστειλας Ιησοῦν χριστόν. Joh. 17. βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι᾽ ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι. τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους τότε δε ἐπιγνώσομαι καθώς καὶ ἐπεγνώσθην. 1. Cor. 13.

2. Hoc eſt, in hac vita fide quodammodo agnoſcimus Deum, quis quantusq; ſit, & quæ quantaq; ejus in nos ſint beneficia: Verum neutiquam hæc plena & perfecta eſt cognitio: utpote adhuc obſcura & velut abſolutæ ſcientiæ umbra quædam ac particula. Quæ vero in vera noſtra patria nobis continget, veriſsima eſt claritas ac conſummata Dei cognitio. ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι. 1. Joh. 3.

Mors. 3. Mors duplex eſt: Altera temporalis quando corpus & anima ſeparantur καθ᾽ ὅσον ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν Ebr. 9. Altera æterna, qua nobiliſsima anima à contemplatione Dei excluditur, hoc eſt à vera ſua & unica vita, idq; in æternum, perpetuo, & ſine fine.

4. Æterna mors hoc eſt infernalis damnatio electis Chriſtianis per Chriſtum jam eſt devicta καταργήσαντα μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντα δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν. 2. Tim. 1.

5. Moles quidem peccatorum noſtrorum nos in inferni abyſſum depreſsit & immerſit: Deus vero eam filio

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

filio ſuo chariſsimo impoſuit, qui pro nobis facta ſatisfactione nos à peccato morte & inferno liberavit.

6. Quisquis itaq; in Chriſtum credit non peribit, ſed vitam habebit æternam, neq; ulla eſt condemnatio in his qui ſunt in Jeſu Chriſto, qui non ſecundum carnem ambulant ſed ſecundum ſpiritum. Rom. 8.

7. Vero igitur Chriſtiano nihil toto in mundo eſt lætius, ut qui vitam hanc temporalem non ita magno habeat in precio, de beatiore edoctus, quinimo Dominus exiſtens peccati mortis & inferni.

8. Quid ita? χριστὸς δηλονότι ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὐκέτι ἀποθνήσκει: θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει. Rom 6. mortem ille proſtravit, peccatum abſtulit: Jam qui in Chriſtum credit, ille Chriſtum ceu proprium quoddam peculium poſsidet, unus idemq; cum illo Spiritu efficitur, atq; in illo & per illum peccatum, mortem, infernum, Diabolum & mundum ſuperat, itaq; licet nulla non mali ſpecies nos impetat: tamen ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς χριστοῦ. Rom. 8.

9. Etenim quid habet Chriſtus? habet juſtitiam, pacem, vitam, ſalutem. Illa ipſa etjam homo verè Chriſtianus per veram fidem Chriſto Domino & capiti ſuo unitus poſsidet, adeo ut vel morti & inferno inſultare audeat. Rom. 8. Oſ. 13.

10. Itaq; illi mors corporalis liberatio eſt ex hac contaminatâ, miſerâ, ſceleratâ & impiâ vitâ, & introductio in veram vitam ad Chriſtum ſolidam & ſolam ſalutem noſtram. Quomodo mortem is metuat, cui æterna non magis quam Chriſto ipſi incommodare aut nocere poteſt? temporalis autem tantum animæ à corpore eſt diſſolutio, & quidem ob hunc finem, ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

duæ hæ hominis partes in morte purgatæ & mundatæ die noviſsimo in omnimoda perfectione mundæ & puræ rurſus coaleſcant uniantur & glorificentur?

11. Quod ad tempus interjectum attinet, certus eſt fidelis, animam in manu Chriſti contineri, atq; in ſinu Abrahæ ſecuram vivere, beneq; illi proſpectum.

12. Atq; inde eſt quod Scriptura mortem Chriſtianam ſomnum vocat, cum ſit revera tranſitus in ſtatum ſeu conditionem multo beatiorem, de labore nimirum & inquiete ad vacationem & quietem optatiſsimam: Quocirca etjam verè pii luctui moderari debent in deflendis mortuis. 1. Theſ. 4.

Reſurrectio. 13. Die porro noviſsimo ex infinita & immenſa Dei potentia corpora humana rurſus animabus juncta reſuſcitabuntur, eruntq; beatorum corpora admirabili modo immutata, & glorioſis donis quatuor inprimis ornata: nimirum impatibilitate, claritate, agilitate, & ſubtilitate: σπείρεται γὰρ ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ. σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ. σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει. σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν 1. Cor. 15.

14. Fundamentum autem noſtræ reſurrectionis & quaſi prora & puppis noſtræ conſolationis eſt articulus Fidei de reſurrectione Chriſti, qui cum ex mortuis reſuſcitatus ſit, etjam nos reſurgemus. Si is non reſurrexiſſet, peccatum & mors illum deviciſſent: quia vero reſurrexit, hoſtes devictos conſtat, neq; nos tenere poterunt, quin ad gloriam per Chriſtum nobis partam & paratam reſuſcitemur. Rom. 8. Joh. 11. Joh. 6. Job 19. Joh. 5.

Dies noviſsimus. 15. De noviſsimo die & extremo judicio hæc ſcriptura habet. Primum certa Chriſtus ſigna prodidit futu-

futuri judicii prænuncia. Mat. 24. Mar. 13. Luc. 21. Daniel 9. 2. Theſ. 2. Ex quibus indubitatè concludere licet diem noviſsimum in propinquo eſſe.

16. Punctum autem ipſum noviſsimi temporis, diem aut horam nemini ſcire licet, ſed veniet inexpectato, & ex improviſo, ut fur in nocte, hominib. nihil quicquam tale cogitantib. Mat. 24. 1. Theſ. 5. 2. Theſ. 2.

17. Formam, proceſſum & ſententiam extremi judicii vide Math. 25. 1. Theſ. 4.

18. Miſſa Chriſtiana Chriſti eſt teſtamentum, in quo omnibus Chriſti fidelibus promittitur peccatorum indulgentia, cujus inſtitutio Math. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. deſcripta eſt, quæ verba ab omnibus ſciri & verâ firmaq; fide cogitari debent, nec æquum eſt illa occultare aut clam taciteve pronunciare. Quicquid præter inſtitutionem Chriſti ad miſſam ſacram acceſsit, ad conſtitutiones pertinet hominum. Miſſa.

19. Recte miſſam auditurus & celebraturus cogita cibum & potum in ea, itaq; manducandum ibi & bibendum eſſe, aliâs miſſa illa fruſtranea eſt.

20. Quid igitur? verba inſtitutionis in conſpectu habe, & vera fide meditare, nihil quicquã hæſitans, fieri tibi quemadmodum pollicitus eſt Chriſtus, & fide in hęc ipſa verba accipe venerabile hoc Sacramentum, tanquam certum & ſanctum ſignum, ſub quo promiſsiones divinæ continentur, & cor tuum admonetur, ut promptiſsimè verbo promiſsionis credat. Et hoc eſt ſpiritualiter & corporaliter ad menſam Domini acceſsiſſe.

21. Quod ſi Sacramentum tibi non porrigatur, ſed miſſa tantum audiatur, tu interim verba teſtamenti expende, & toto pectore cogita, quid Deus & Do-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

minus tuus JEſus Chriſtus pro te fecerit, quomodo ſcilicet ſua morte te redemerit, & vitam æternam promeruerit: in cujus rei teſtimonium habes in Sacramento præſentiſsimum verum & vivum verbum & verbi ſignum & ſigillum nimirũ corpus & ſanguinem Salvatoris. Crede huic verbo & ſigno, ita promiſſam hæreditatem aſſequeris, & ad menſam Domini ſpiritualiter accedis, ex verbis Chriſti te erigis, atq; ad peccatorum pœnitentiam & vitæ reſipiſcentiam magis magisq; incitaris.

22. Quisquis verbum hoc & ſignum fide accipit, paſcitur is & roboratur adverſus omnes tentationes & calamitates, & excitatur ad gratiarum actionem erga hunc divitem & miſericordem patrem, qui nobis miſeris & damnatis peccatoribus tam opulentum & precioſum teſtamentum condidit & præparavit.

23. Neq; de verbi certitudine quicquam dubites: teſtamentum enim dicitur, cui nimirum contradici & quod revocari non poſsit, utpote confirmatum precioſâ morte & ſanguine non brutorum ſed Jeſu Chriſti Filii Dei.

24. Miſsæ vox etſi ſacrificium deſignare poſsit, hoc tamen loco eam ſignificationem non habet, cum teſtamentum denotet, quod à teſtatore accipitur, cum ſacrificium Deo exhibeatur.

25. Sacrificium igitur hæc noſtra miſſa propriè non eſt, ſed ſummi & digniſsimi ſacrificii, quo Jeſus Chriſtus ipſum ſe ſemel in cruce obtulit, commemoratio, quæ in cujusvis Chriſtiani corde ſemper debet eſſe recentiſsima, qua commonefit homo manducans corpus & bibens ſanguinem Chriſti, tum quis ipſe fuerit, tum quis Deus in illum fuerit, atq; ad redimen-

dum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

dum ipſum fecerit, unde exiſtit fiducia erga tam benignum Dominum & Salvatorem, atq; excitatur dilectio erga Deum & proximum veterisq; hominis renovatio.

26. Quotiescunq; igitur miſſa celebratur, mors Domini annuncianda, largiſsima gratia mortis Chriſti prædicanda, homines ad dilectionem Dei & proximi mutuo excitandi &c.

27. Conferto requiſita primaria teſtamenti cum Miſſa hac. Quicquid enim illud præcipuè continet etjam hæc. Teſtator ſeu Dominus teſtamenti eſt Chriſtus. Teſtamentum eſt verbum inſtitutionis ſupra recitatum, oſtendens quid Chriſtus nobis promeruerit & confecerit. Sigillum & obſignatio ejus eſt corpus & ſanguis Chriſti, pignus inquam ſignum ac ſigillum divinæ promiſsionis & redemtionis noſtræ. Hæredes ſunt ſinguli fideles. Hæreditas eſt peccatorum condonatio, quæ ubi contingit ſequuntur omnia bona teſtamento incluſa.

28. Sola vera fides apprehendens miſericordiam & gratiam Dei in JEſu Chriſto noſtra eſt coram Deo juſtitia. Rom. 4. Gen. 15. Iuſtitia.

29. Duplex aliâs juſtitia nominatur: altera operum, quæ eſt hypocritarum, qui legem carnaliter intelligentes conantur illi ſatisfacere operibus externis, corde interim frigido & ad bonum torpido exiſtente: quæ juſtitia non introducit in regnum cœlorũ Mat. 5.

30. Altera Dei juſtitia nihil aliud eſt niſi fides in Chriſtum: & ſola hæc coram Deo ſubſiſtit. Rom. 3. 4. Crede igitur peccata propter Chriſtum nobis donatum remitti: crede illum ſolum eſſe ſalutem & juſtitiam tuam: crede per illum ſolum nullumq; aliud opus

 te ſal-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

te ſalvari. Hæc fides vera eſt juſtitia ſalvifica. Rom. 3. non opera tua, ut quæ adhuc omnia & ſingula immunda ſunt, & per carnem polluta & corrupta.

Veneratio Sanctorum.

31. Sancti electi Dei duplici modo à nobis coli ſeu honorari poſſunt. Primum ratione aliqua proprio arbitrio & beneplacito noſtro præter ſcripturam excogitata, ut cum ſimulachra aurea vel alias precioſa illis ponimus, templa erigimus, ad loca illis deputata peregrinationes inſtituimus, in illorum nominibus candelas accendimus, illos ſolatium, auxilium, vitam & fiduciam noſtram (quæ ad ſolum Deum pertinent) dicimus, & pro mediatoribus ad Chriſtum habendos ſtatuimus, non aliter ac ſi Chriſtus regnum cum ſanctis diviſiſſet, illisq; miſericordiam delegaſſet, ſibi vero ſeveram juſtitiam tanquam judex tremendus & crudelis reſervaſſet, ad quem nemini, niſi ſuffragiis ſanctorum intercedentibus, pateret aditus.

32. Hic cultus mera eſt & vera in Sanctos contumelia, ex craſſa ſcripturæ ignorantia orta. Nolunt hoc pacto ſancti à nobis coli, cum Chriſtus ſolus inter Deum & nos mediator ſit 1. Tim. 2. Solus ita nos diligat, ut animam pro nobis ponat Joh. 15. δυνάμενος συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, utpote πεπειρασμένος κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα per quem προσαγωγὴν ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα Eph. 2. & quidem τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει Eph. 3. ſedens ad dextram patris ἐντυγχάνων ὑπὲρ ἡμῶν. Rom. 8. Hebr. 7.

33. Neq; quicquam egeris, licet bona intentione ſupradicta à te fieri reſponderis.

34. Etenim in iis, quæ Dei honorem & noſtram ſalutem concernunt, non propria opinio & perſuaſio, quæ ſcilicet fallitur & fallit, ſed ſola ſcriptura eſt attendenda.

35. Neq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

35. Neq; omne id quod bono fit affectu & ſtudio, confeſtim bonum eſt, ſcripturam divinā opotet eſſe judicem affectus, ſententiæ atq; intentionis humanæ.

36. Alia vero ratione verbo duce ſancti colendi ſunt & prædicandi, in Deo ſcilicet, & Deus in illis. Gal. 1. ἐδόξαζον ἐν ἐμοὶ τὸν θεόν: quomodo Mariam Dei matrem ſeu θεοτόκον veneratur & celebrat Elizabeth Luc. 1. quod exemplar in cultu eiusdem nos imitari convenit.

37. Hæc itaq; germana erit ſanctorum mortuorum veneratio, ſi illos dicto modo laudemus & amemus: ſi illis, quod jam ſtrenuè fortiterq; ſuperatis in Chriſto carne peccato & mundo cum Chriſto rege & capite in magna gloria regnent, gratulemur: ſi in ipſis miracula eximiæ ſeu præcellentis gratiæ & miſericordiæ divinæ agnoſcamus, quod tantis donis tanto robore, tantaq; luce gratuita bonitate dignatus ipſos fuerit, aliâs per ſe filios Adæ exiſtentes, & ex ſe tantum Adæ opera facturos, niſi benigniſsimus Deus in tam pulcra, decora & precioſa gloriæ vaſa illos redegiſſet.

38. Hinc agnitio divinorum exiſtit beneficiorum, hinc celebratio Dei liberaliſsimi Salvatoris, hinc pia Sanctorum electorum amore incommutabili Chriſto capiti jam perfectiſsimè unitorum & in hæreditatem cœleſtem immiſſorum admiratio.

39. Et quoniam in ſanctis eximia Dei ſapientia, potentia & benignitas conſpicitur, ea res in me quoq; fiduciam conſtantem excitat erga Deum tam miſericordem, quod & mihi ſit futurus, ut illis, propitius & beneficus, atq; ex me miſero & contaminato Adæ filio & damnationis trunco vas gloriæ effecturus.

40. Hinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

40. Hinc enaſcitur ſincera Dei dilectio, hinc oritur ſpes indubitata, hinc accenditur ſeria precatio, ut & mihi ejusmodi fidem, charitatem & ſpem, qualem habuerunt ſancti, concedat, & ut quam primum ipſis meis in Chriſto fratribus & commembris uniar & jungar, faxit.

41. Porro vero cum ſancti in terris adhuc exiſtentes infirmi & fragiles peccatores, proximum dilexerint, dubium nullum eſt, quin in ſtatu illo beato unicè quoq; nos deament, gaudentes ſalute noſtra, quando regnum Dei ad nos venit, voluntas Dei in nobis perficitur, vita impia ceſſat, nosq; convertimur &c. Dilectio enim non exulat ex cœlo, ſed ibi perficitur. 1. Cor. 13. cum etjam angeli lætentur peccatore reſipiſcente. Luc. 15.

42. Utrum autem pro nobis intercedant, utrum noſtras preces ſciant, & in ſpeculo verbi æterni videant, & quomodo, nulla ut ſciamus adigit neceſſitas.

43. Dato ſanctis quæ ſanctorum ſunt & Deo quæ Dei ſunt, patiarisq; ſanctos viventes tibi commendatos, qui tuo auxilio egent: ita non errabis.

Delectus ciborum.

44. Judæis quidem Levit. 11. quorundam animalium eſu Deus interdixit: in novo autem teſtamento nulla ejusmodi ciborum eſt prohibitio, abuſus tantummodo vetitus eſt, non legitimus ad neceſſitatem uſus. Licet tibi ſine temporis dieiq; diſcrimine omnis generis eſculentis veſci, piſcibus, carnibus, ovis & quibuscunq; aliis, frugaliter & cum gratiarum actione. Math. 15. ὃ τὸ εἰσερχόμενον &c. Tit. 1. πάντα καθαρὰ τοῖς καθαροῖς hoc eſt credentibus.

45. Quia vero multi traditionum humanarum jugo ac velut tricis quibusdam circumventi vinctiq; detinentur,

nentur, perſuaſi carnium uſum non indifferenter quolibet tempore licitum: hominis Chriſtiani fuerit ad evitandum ſcandalum propter proximi dilectionem libertati Chriſtianæ, quantum ſalva pietate licet, ex parte atq; ad tempus renunciare, & ſimul proximum informare, ut ſciat, quid juſſerit, quid permiſerit, quid vetuerit Deus verbo ſuo, ad quod unicè atq; ſolum pietas dirigenda Chriſtiana.

46. Nihilne igitur ſunt hac in parte Pontificum leges & conciliorum decreta? Reſp. Errare poſſunt, ſæpeq; errarunt. Si errare nolis ſcripturam biblicam à Spiritu ſancto profectam ſequere. Si cum hac illa conſentiant, ex hac illa deprompta atq; ideo ſervanda ſunt: Si diſſentiant, errores ſunt. Conferto igitur illa cum hac, ut appareat ex & à quo ſint Spiritu. Sanctus enim Spiritus nuſquam & nunquam à ſe diſsidet, neq; pugnantia loquitur

47. Verbum Dei pabulum eſt animæ, conſcientias erigit, ſtabilit, roborat, proximamq; ſalutis viam monſtrat: Verbum autem hominum toxicum eſt animæ, conſcientias reddens turbatas, mœſtas, anxias, erroneas, diſcerptas, adeoq; κεκαυτηριασμένας.

48. In novo Teſtamento homini Chriſtiano nullum eſt dierum diſcrimen, nec alius alio dies ſanctior: Dies Feſti ſnnt illi ſinguli dies feſti ſeu feriati, quotidie Sabbatum Deo ſanctificandum, hoc eſt, opera mala veteris hominis abolenda, ut vigeat & floreat in nobis opus Dei, mortificatio nimirum & renovatio noſtri.

49. Servantur autem dies Dominici cum cæteris ferijs, ut ſint congregationes & conventus frequentiores & commodiores ad preces, auditum verbi & uſum Sacramentorum. Scribitq; Hieron. in Epitaph. Paul.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Paul. ſuo ſeculo rebus divinis exactis quod reliquum erat diei laboribus corporalibus tribuiſſe Eccleſias.

Oratio. 50. Oratione Dominica nulla precum forma melior, nulla abſolutior, omnia nobis neceſſaria continens.

51. Fundendæ autem ſunt preces cum ſeria attentione, conſiderandæ neceſsitates ſingulorum & Deo proponendæ, maximeq; petenda fides, dilectio, ſpes, in quibus ſita eſt univerſa noſtra felicitas, quarum defectus ſumma noſtra eſt calamitas. Quære itaq; primum regnum Dei, &c. Mat. 6.

52. Eſt præterea in oratione obſervandum, 1. ut ſit brevis ſine βαττολογία & πολυλογία. 2. ut fiat vera fide Jac. 1. in Spiritu & veritate. Joh. 4. 3. ut Deo nihil præſcribens, metam, modum, tempus &c. illi reſerves, illi curæ erit de te. Confeſtim ille audit, ſed non confeſtim dat, dat autem in oportunitate.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALis DECIMUSNONUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Johannes Siegfridus vocatus ad Sacellanatum Emesbyllenſem in Strandia
Septentrionali.
M D C IIII.

HOMILIA TERTIA EX LOCIS COMMUNIBUS URBANI REGII.

Vota. 1. In Sacroſancto baptiſmo voto nos obſtrinximus Deo, Satanæ renunciantes, & militiæ ſacræ adverſus propriam carnem, mundum & Diabolum nos addicentes. Huic voto ſi quis non ſatisfacit, Chriſtianus non eſt, ſed perfidiæ reus. Aliis ſeu peculiaribus votis nemo ſe temere obſtringat, cum, ſi, quod debet, votum baptiſmi implere velit, plus nimio quod agat habeat.

2. Monachorum vota nugæ ſunt & fide diſtituuntur. Virginitatem vovere virium noſtrarum non eſt, cum donum Dei ſit ſingulare. Paupertas Evangelica ad omnes Chriſtianos pertinet, ſcilicet non inhærere rebus mundanis, ſed illas inſtar fidelium Oeconomorum in Dei honorem & proximi commodum rectè collocare: obœdientiam omnes homines debent Domino & ſuperiori quisq; ſuo. Rom. 13.

3. Habent autem monachorum vota ex ſcripturæ ignorantia & virium humanarum arrogantia originem, neq; ſcripturæ vel conſiliis vel præceptis nituntur. Quocirca non poſſunt non in ſumma erroris caligine verſari, quotquot illa tanquam certa & neceſſaria jactant & exigunt.

Obœdientia. 4. Et ut eadem occaſione de obœdientia pauca addam, præ omnibus eam Deo, ut vero noſtro Domino debemus, Tum iis quos ipſe nobis rectores conſtituit, ut ſunt parentes, Domini, judices, & quotcunq; alii ad defenſionem pacis publicæ gubernaculis præſunt.

5. His

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

5. His ſi quid præcipiunt quod ſpectet ad publicam utilitatem, aut aliud quippiam, licet tyrannis ſit, patienter te ſubjice, perfer, obſequere, requirente hoc Dei mandato & Chriſtiana dilectione.

6. At vero ſi quid contra Dei voluntaten fieri poſtulent, dicito cum Apoſtolis: oportet &c. Actor. 5. Nemo poteſt duobus Dominis &c. Mat. 6.

7. Dei voluntas norma eſt & amuſsis omnis juſtitiæ, rectitudinis, & bonitatis, erroris omnis expers. Et quicquid juſtum rectum & bonum eſt, idcirco tale eſt, quod ita Deus velit & poſtulet. *Voluntas divina.*

8. Hominis voluntas erroribus ſcatet, ideoq; illa utpote ſemper mala ad malum trahens, & malum operans frenanda & divinæ voluntati ſubjicienda conformandaq; eſt, qua in re creaturæ rationalis perfectio & abſolutio conſiſtit. Quicquid in nobis & noſtrum eſt, malum eſt: Bonum ſolus Deus deſuper operatur. *Humana.*

9. Offendiculum duplex eſt. Alterum quod datur, cum quis offendit proximum, vel falſa doctrina, vel flagitioſa vita, vel alio quovis modo. *Scandalum.*

10. Alterum quod accipitur, quomodo Judæi ſcandalizabantur docente Chriſto veriſsimum veriſsimi patris verbum Joh. 8. Sicut hodie multi offenduntur prædicatione & uſu Evangelij & Chriſtianæ libertatis.

11. Neq; vero propter hoc ſcandalum officium debitum intermittendum, ſed ſic tenendum eſt:

12. In rebus ad Deum ſpectantibus facito quod juſtum & juſſum eſt, nulla habita ratione offendiculi, diſce, doce, uſurpa Dei verbum legitimè, nec cede obſtanti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

13. In iis autem quæ ab hominibus tradita ſunt & recte ac ſecus fieri poſſunt, omnia exigito ad fidei, dilectionis, & neceſsitatis regulã. Exempli loco ſit carnium eſus qui per ſe licitus eſt, charitas autem fraterna ſit norma. Si nemo offenditur, bene. Si quis hanc libertatem ignoret, illi parcens abſtinebis. Die igitur veneris carnibus non veſcens bonum opus non facis, niſi proximo obſecundes: neq; etjam veſcendo peccas, modo nemini offendiculo ſis.

14. Prohibuerint ſane concilia, prohibuerint ſancti patres eſum carnium ſtatis diebus: quicquid tamen Chriſtus non prohibuit ſed liberum reliquit, à nemine vel poteſt vel debet ſub peccato mortali prohiberi. Nulla enim ſanctio ſine ſcriptura divina facta conſcientiam obligat.

Eleemoſynæ.

15. Evangelica pœnitentia vulgo tria complectitur: jejunium, orationem & eleemoſynas. Jejunium ſignificat quamcunq; flagitioſæ noſtræ carnis diſciplinam, ſine ciborum & veſtium diſcrimine & delectu, qua vivitur ſobriè & abſtinenter ad mortificandum veterem hominem & ſuperandas carnis concupiſcentias. Oratio continet hominis erga Deum exercitia, qualia ſunt legere, audire, precari, meditari. Sic eleemoſynæ officia dilectionis in proximum continent.

Iusiurandum.

16. Chriſti verba Mat. 5. levitatem & proclivitatem ad jurandum interdicunt. Vult Chriſtus quemlibet Chriſtianum ita eſſe apertum & integrum ne diffidentiæ aut ſuſpicionibus indulgeat, ſed proximo lubens fidem habeat, nec quenquam ad jurandum cogat: rurſus vero ipſe ex ſe non ſponte juret, idq; divinæ Majeſtatis & gloriæ piâ reverentiâ, coram qua ſemper mendaces ſumus.

17. Quis-

17. Quisquis igitur à proximo juramentum temere poſtulat & accipit, aut ipſe facile jurat, indicio ea res eſt, eum eſſe hominem ſuſpicacem, diffidentem, malum, levem, minimeq; ingenuum veritatis divinæ cultorem.

18. Interim ut de induſtria ſuaq; ſponte jurare Chriſtianus non debet, ita ſi quando dilectio, neceſsitas & utilitas proximi, aut Dei gloria ita expoſcit, absq; peccato juramentum & præſtatur & exigitur.

19. Chriſtiana libertas non eſt libertas faciendi aut omittendi bonum lege divina præceptum. Per eam enim non lex ſed homo immutatur. Paulo converſo & illuminato, manent nihilominus præcepta Dei ſine mutatione ſervanda: ipſe vero alius exiſtebat, ut cui lex ante converſionem amara & contraria erat: illi jam per fidem mundato & charitatem per Spiritum ſanctum in cor effuſam gerenti, lex reddebatur amica & ſuavis, ut nunc ſponte faciat, quæ antea oderat. Libertas Chriſtiana.

20. Accedit & hoc, quod lex Chriſtianum licet à peccatis haudquaquam immunem damnare minimè poſsit, modo credat legis maledictionem per Chriſtum ſublatam, Chriſti juſtitiam ſuam eſſe juſtitiam, Chriſti ſatisfactionem ſuam eſſe abſolutionem & emundationem. 1. Cor. 1.

21. Vox Eccleſiæ græca qua ſcriptura utitur congregationem ſignificat & in ſcriptura plerumq; pro cœtu fidelium ſeu Chriſtianorum uſurpatur. Eccleſia.

22. Hæc vera univerſalis catholica Eccleſia Spiritum Chriſti rectorem & gubernatorem perpetuum habet, neq; errare poteſt, cum ſponſam ſponſus nunquam deſerat, licet pars hujus Eccleſiæ errare aliquando poſsit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

23. Colligitur autem per verbum Dei, quod eſt quaſi uterus, in quo concipitur, formatur, alitur, naſcitur, educatur, veſtitur, roboratur, ſuſtentatur & conſervatur Eccleſia, cujus, ut breviter dicam, vita & ſubſtantia in verbo Dei conſiſtit.

24. Proinde Chriſtiana Eccleſia nihil ſtatuit aut decernit contra verbum Dei, neq; vel latum unguem ab ejus puritate & ſinceritate recedit: utpote in quo quicquid ad vitam ſpiritualem neceſſarium eſt abunde habet. Itaq; ſi traditio à ſcriptura aliena proponatur, conſcientiam non obligat, neq; revera Eccleſiæ Chriſtianæ ſed cœtus Behemoth decretum eſt.

25. Minimè igitur appellationem Eccleſiæ Chriſtianæ ad quemcunq; cœtum etjam impium transferri patiaris, ut hactenus factum eſt, neq; audies eos, qui clamitant, concilium quod Eccleſiæ vicem gerit errare non poſſe, cum certum ſit multa concilia erraſſe, nonnulla ab aliis diſſentientia & pugnantia quædam ſtatuiſſe, unde ſequitur partem eorum erraſſe.

Divitiæ. 26. Opes per ſe ſunt bona Dei creatura virtutis inſtrumentum. Quia vero nos natura ad malum proclives ſumus, oblata peccandi occaſione facile eam arripimus, nec moderari nobis poſſumus, aut frenum injici patimur, unde multiplex divitiarum abuſus.

27. Quocirca non opes, ſed opum abuſus, & avaritia, ſeu inordinatus erga divitias affectus, quæ Idololatria eſt, interdicitur.

28. Etſi igitur valde periculoſum eſt circa opes eximias verſari, nec ſine ſingulari gratia Dei à peccatis abſtinetur, non tamen propterea ſcriptura divitibus regnum Dei præcidit, modo caveant ne aliter iis occupentur, quam largitoris voluntas permittit.

29. Pec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

29. **Peccatum eſt quicquid pugnat cum lege Dei:** **Peccatum.**
diſtinctione autem hic opus eſt.

30. Peccatum originale corruptio eſt naturæ & prava inclinatio ſemper ad peccandum ſollicitans, per propagationem naturalem in omnes Adæ poſteros inde uſq; ab Adamo propagata.

31. Hinc eſt quod Gen. 6. & 8. dicitur, cordis humani cogitationem & ſenſum inde uſq; ab infantia ad malum propendere. vide Pſal. 51. Eph. 2. Rom. 5.

32. Hoc peccatum ex utero matris quilibet infans ſecum in lucem hanc affert, non imitatione acquiritur.

33. Mortale peccatum eſt ex ſua natura quodcunq; peccatum contra legem Dei.

34. Veniale autem, quod dicitur, peccatum in ſanctis eſt ſeu renatis: nominatur autem veniale non quod in & per ſe adeo exiguũ aut leve ſit, verũ quod per miſericordiam Dei credenti bonam conſcientiam retinenti condonetur & ad mortem non imputetur.

35. Et generaliter tenendum eſt, unum quodlibet opus hominis Chriſto per fidẽ non inſiti mortale eſſe peccatum. Qualis enim arbor talis fructus. Cum igitur arbor ſit homo carnalis, ſpiritualiter utiq; mortuus & damnatus, quomodo ex ſe fructum vivum, hoc eſt bonum aliquod Deoq; probatum opus producet? Morbi.

36. Quandoquidem verè pius mortem non exhorreſcit, ut ſupra eſt dictum, neq; morbos corporales male metuit, metuit autem animæ morbum hoc eſt peccatum.

37. Morbus corporalis homini nobile pharmacum eſt adverſus carnem peccato immerſam: nunquam melioris frugis homo eſt, quam cum malè habet: Do-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

minus quando flagellat ſanat: *Vitæ* emendatio tum maximè & optimè inſtituitur, cum variæ adſunt afflictiones: morbi hominem ab inordinato & præpoſtero creaturarum amore avellunt, & impellunt ut oculos ad creatorem qui videlicet ſolus undiquaq; juvare & ex omnis generis doloribus, qui ſuſtinendi veniunt, eripere, & afflictos reficere, atq; æterna quiete & beatitudine donare poteſt, oculos paulatim attollere inſtituat.

38. Afferunt quoq; hominibus calamitates gaudium ſpirituale, & oritur firma in Deum fiducia, quando diligenter perpenditur, quod Heb. 12. ſcriptum eſt: Quem diligit Dominus corripit, &c. vide.

Sanitas. 39. Incolumitas omnium præſtantiſsima animæ eſt ſanitas vera ſcilicet recta & germana fides.

40. Eſt ſane nobiliſsimum Dei donum corporis ſanitas: verum ea ipſa non raro nobis propter corruptionem & pravitatem innatam occaſio fit & cauſa peccandi: unde inquit Auguſtinus cum nos rectè valemus ſeu ſani ſumus malorum affectuum morbum tum maximè vigere noſq; minime ſanos efficere.

Perſecutio. 41. Cum omnino adverſa homini Chriſtiano ſubeunda ſint, ad omnis generis adverſitates & παθήματα ſe paret, quiſquis diſcipulus Chriſti eſſe volet. Mat. 16. 24. Rom. 8. 1. Pet. 2. 4.

42. Ubicunq; annunciatur Chriſtus, ibi non poteſt non Judas aliquis, Hannas, Caiphas, Pilatus, Herodes & crux ipſa præſto eſſe: qua tanquam nota vera Evangelii prædicatio agnoſcitur & probatur.

43. Serviat autem conſolationi, ſi innocentes patimur. 1. Pet. 4. exemplo Chriſti. 1. Pet. 2. cujus imagini conformes reddimur. Rom. 8. eſtq; magna crucis utili-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

utilitas. Rom. 5. unde Chriſtus lugentes beatos pronunciat, & præmia perſecutionem patientibus pollicetur. Mat. 5. Quocirca Apoſtoli contumelia affecti propter nomen Chriſti gaudentes à conſpectu concilii Jeruſolymitani abeunt. Actor. 5.

44. Gaudium nullum verum, firmum, diuturnum ac durabile eſt præter bonæ conſcentiæ tranquillitatem. Quicquid enim aliâs lætitiæ ex rebus terrenis in ſeculo hoc corruptibili exoritur, dicto citius evaneſcit, eſtq; multa moleſtiarum amaritudine conſperſum, atq; à triſtitia excipitur. Neq; id mirum. Originem enim ſuam lætitia illa trahit à creaturis, quarum nulla immutabilis eſt, ſed variationi perpetuæ ſubjacet, & venti inſtar ſurſum atq; deorſum movetur, creſcit, decreſcit, certo conſiſtere neſcit. Itaq; re illa amata, ex qua gaudium & ſuavitatem hauriebas, vel mutata vel ablata, fieri non poteſt, quin contriſteris ac doleas tanto vehementius quanto illa deſideratior, gratior, optatior. Gaudium Triſtitia.

45. Longiſsimè inter ſe differunt mœror & gaudium ſpiritus & carnis. Non enim tantum mœror de creaturis, ſed & temporarium ejusmodi gaudium cum dolore & jactura conjunctum eſt: contra vero non tantum gaudium, ſed & triſtitia ſpiritualis ſuam & utilitatem & voluptatem affert. 2. Cor. 7.

46. Qui re & nomine Chriſtianus eſt, nulla in re alia verè exultat niſi in Chriſto Domino ſuo: atq; hoc verum eſt & conſtans gaudium, quod adverſus quam vis malorum iliadem immobile ſubſiſtit, utpote non creaturæ mutabili fugaci & momentaneæ innixum & infixum, ſed illi qui ipſorum quoq; angelorum gaudium exiſtit, quiq; famulos ſuos ab omni mœrore &

lachry-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

lachrymis vindicat Joh. 16. ad quod gaudium ſincerum & ſolidum Paulus Philippenſes ſuos excitat. Phil. 4.

47. Contra vero verus Chriſtianus nulla de re magis angitur, dolet, & contriſtatur, quam de peccato, quo ſe Deum Dominum ſuum chariſsimum offendiſſe ſibi eſt conſcius. In perſecutione etjam non tam ob contumeliam & injuriam ſibi illatam dolet, quam ob malitiam perſecutoris ſui quem videt tam præfractè contra divinam Majeſtatem inſurgere, ſibiq; ipſi maximum incommodum & damnum inferre. Fatetur igitur ſe propter delicta nullo non perſecutionis genere dignum, dolet autem perſecutorem divini judicii inſtrumentum eſſe, & ſibi iram Dei accerſere: miſericordia igitur motus pro illo quid agat ignorante apud Deum intercedit.

Pax. 48. Pax duplex: temporalis ſive mundana, cum quis nulla inquietudine moleſtatur, nullave injuria gravatur, ſed vitæ tranquillitate fruitur.

49. Pax ſpiritualis cordis eſt ſecuritas & pacatæ conſcientiæ quies:

50. Hanc nemo poſsidet niſi pectus Chriſtianum, idq; per fidem, compertum ſcilicet habens, ſe ex bello periculoſiſsimo & ſtrage luctuoſiſsima, nimirum æterna æterni Dei ira & damnatione elapſum & ereptum, & per Chriſtum ſecuritatem adeptum adverſus peccati mortis inferni terrores: Unde ipſe porro jam perſecutiones, morbos, afflictiones terrenas, quin imo mortem & quicquid mundus inter res vel maximè horrendas numerat, pro nihilo habet parviq; æſtimat: uſq; adeo per fidem in corde ſtabili & perpetua fruitur lætitia, tranquillitate & pace. Et hoc juge illud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

illud eſt convivium. Proverb. 15. Pax, inquam, quam mundus nec afferre ſuis blanditiis, allectamentis, irritamentis, &c. nec auferre ſuis odiis, turbis, ſeditionibus &c. poteſt: ὑπερέχουσα πάντα νοῦν. Phil. 4. quæ ut autorem Chriſtum habet, Ephe. 2: ita fide juſtificatis contingit. Rom. 5.

51. Pax mundana ethnica eſt & gentilis, cum quis ſine omni adverſitate tripudiat cum divite illo Lucæ 12. & 16.

52. Neq; ſane res ejusmodi hominis qui hac ſemper pace fruitur bene habent: cum Deus quos diligit filios corripiat. Hebr. 12. ut nullus ſit in oculis mundi cœtus miſerior & afflictior ſancta Dei Eccleſia.

53. Vita Chriſtiana ad intuitum externum eſt res plane dura, ſpreta, vilis, multisq; expoſita miſeriis, adverſitatibus & moleſtiis, imo crux continua & perpetua.

54. Interim vero intrinſecus in cordibus piorum tanta exiſtit quies & lætitia ut verbis exponi aut enarrari non poſsit. Quanto enim profundius univerſa mundi hujus præſidia & ſubſidia omniumq; adeo creaturarum fiducia in corde extinguitur & abjicitur, ut nobis ſolis relicti ac derelicti ſimpliciter ſpem fidemq; in Deum collocemus: tanto nobis dulcior redditur Chriſtus, tanto tranquillius fide in ſpiritu efficitur cor. Joh. 16.

55. Ita apparet regnum Chriſti eſſe inviſibile, & quamvis in hac vita inter medias procellas & horribiles tempeſtates multorum laborum & moleſtiarum verſetur, aut potius jactetur: habet tamen eximiam pacem & gaudium internum, quod ſciat hujus regni membrum, incola & civis quilibet, Deum nobis

bis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

bis per Chriſtum reconciliatum & patrem noſtrum benigniſsimum eſſe & manere, unde porro nihil quicquam ultra expetit. Hinc prophetæ regnum Chriſti regnum ſecuritatis & pacis dixerunt.

56. Hanc pacem ſpiritualem acceptam ferimus verbo Dei, quod quidem corpus Behemoth diſcerpit, pacem autem carnalem & mundanam non affert, quoniam verbum eſt crucis, non deſidioſæ ac voluptuoſæ in terris vitæ.

57. Nemini igitur mirum videri debet, ex prædicatione verbi divini pura diſſenſiones oriri, cum illius proprium ſit bonum à malo ſegregare, quemadmodum flamma cuprum ab auro ſeparat. vide 1. Cor. 11. Luc. 12. Math. 10. Ebr. 4. Et vix poteſt eſſe pax interna ſine ejusmodi bello externo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS VIGESIMUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Johannes Ewaldi Flensburgenſis vocatus ad Paſtoratum Sanct-Michaëlitanum.

M D C IIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LOC. COM. URB. REG. 1523. συζήτησις quarta & poſtrema.

Liberum arbitrium

1. In paradiſo in ſtatu innocentiæ liberum arbitrium hominem habuiſſe extra controverſiam eſſe debet, quo pertinent verba Ecclеſ. 15.

2. At vero poſtquam Adam lapſus eſt, Spiritus Dei hominem reliquit, adeo ut prorſus cæcus, brutus, & erroribus plenus evaſerit.

3. Quapropter ſcriptura hominem reſpectu primæ nativitatis carnem vocat, non tantum quod vis ſenſitiva ad malum prona & carnalis, verum etjam quod corpus & anima veneno peccati in univerſum corrupta ac ſordidata ſint.

4. Itaq; homo ex carnali nativitate ſecundum vires proprias & potentias naturales omnes nihil poteſt niſi peccare. Quid enim eſſet in homine bonum? quid purum? cum fons ipſe, cor nimirum, ſcriptura teſte, immundus ſit. Niſi igitur homo renaſcatur, plane vanus, inutilis & mera eſt caro, hoc eſt, ad res terrenas, carnales & malas totus propendet, totusq; malus eſt, Deum non agnoſcens, non requirens, non curans, nullius precii æſtimans, imo plane negligens & contemnens. vide Rom. 8.

5. Hinc Auguſtinus arbitrium humanum veriſsimè ſervum vocat ex verbis Chriſti Joh. 8. qui facit peccatum peccati ſervus eſt.

6. Poteſt autem arbitrium hoc ſeu voluntas & vires humanæ libertati reſtitui per Dei gratiam Joh. 8. Etenim Filius Dei Chriſtus nobis Spiritum Sanctum & grati-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

gratiam Dei rurſus promeruit, ut fide donati & in libertatem vindicati bene operari incipiamus.

7. Interim quicquid hoc eſt boni in nobis totum id gratiæ Dei eſt aſſcribendum, quæ in nobis efficaciter operatur: neq; fingenda eſt propria aliqua hominis facultas, aut naturalis vis ſeu potentia, per quam voluntas ſeu arbitrium etjam ex parte cauſa boni operis nominetur, quemadmodum Sophiſtæ orbi terrarum doctrina ſua impoſuerunt.

8. Quid enim miſeri præſumant ex facultate liberi arbitrii boni præſtari poſſe, cum nequidem ἱκανοὶ ſimus ἀφ᾽ ἑαυτῶν λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν. 2. Cor. 3. Dei ergo eſt ἐνεργεῖν ἐν ἡμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Sic Paulus 1. Cor. 15. omnesq; ſancti quicquid in ipſis fuit boni ſoli Deo vendicant, & ſe tanquam divinæ gratiæ inſtrumenta agnoſcunt & profitentur. Non nobis Domine &c. Pſal. 113. Non poteſt ſibi homo ſumere &c. Joh. 3.

9. Quod ſi quis de libertate arbitrii ſui gloriari audeat, quaſi ex ſe ipſo ante gratiam initium benè operandi facere, atq; ita gratiam operibus invitare aut ad eam ſe præparare queat: perinde fecerit, ac ſi quis ſplendide jactitet arcem aliquam ſuam jam everſam, tormentis disjectam, & igne depopulatam, de qua ſola area cum muris dirutis & diſcerptis ſuperſit, præſumatq; mœniis & turrib⁹ dejectis, omnibusq; propugnaculis & præſidiis ſublatis pugnandi tamen animum ac ſpeciem præ ſe ferre.

10. Eadem eſt ratio liberi arbitrii. Nomen quidem & titulus liberi arbitrii in ore eſt omnium, nihil autem minus eſt quam quod dicitur, liberum ſcilicet arbitrium, donec à gratia liberum reddatur, non ſecus

ac ſi arx ſolo æquata nominis quidem antiqui titulum retineat, ut ſi dicam: En Troja: En Pergama: munitiones autem cum reliquis eo pertinentibus omni ex parte ſublatæ ſint.

11. Quod ſi arbitrium adeo eſt ut illi diſputant liberum, cur Paulo non eſt liberum, qui Rom. 7. tam ſerio de ſua miſeria queritur? cur quotidie petimus? ſanctificetur nomen tuum, fiat voluntas tua. Id enim quod à Deo totaliter petimus, in noſtra non eſſe poteſtate totaliter oſtendimus.

12. Proinde quandocunq; in veteribus ſcriptoribus liberi arbitrii mentio fit, ſignificare eos velle ſentiendum eſt, arbitrium libertatis quidem capax, non autem ex ſe liberum eſſe, ſed per gratiam ad bonum converti, & liberum fieri poſſe, ad quod ipſum initio conditum eſt.

13. Quod ubi fit, præcepta DEI ſervare incipit, quod alias extra gratiam impoſsibile, cum ex ſe & per ſe nihil poſsit niſi peccare, per Chriſtum autem omnia poſsibilia. Phil. 4.

Conſilia. 14. Multo jam tempore Sophiſtæ contenderunt, ea quæ Chriſtus Math. 5. docuit de inimicis diligendis, de non reſiſtendo malo, de non contendendo in judicio, de obverſione alterius maxillæ, de mutuatione ſine lucro &c. conſilia eſſe non omnibus hominibus ſed iis tantum propoſita, qui omnibus modis perfecti Chriſtiani eſſe ſtudeant. Quod ſi quis hæc non ſervet, nullum tamen illi offenſionis divinæ periculum metuendum, ſiquidem Chriſtus hoc in loco conſilium tantum dederit, præceptum autem ſeu mandatum non præſcripſerit.

15. Hæc perverſè dici ex conſideratione contextus &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

& circumſtantiarum luce meridiana eſt clarius, quod nimirum perpetua & ſeria Dei ſint mandata, quæ à nobis ſub gratiæ & favoris ſui jactura poſtulat.

16. Evangelicæ confeſsionis deſcriptionem habes Mat. 18. Si peccaverit in te frater tuus &c. Confeſsio

17. De publicis delictis & eorum confeſsione vide 1. Tim. 5. adverſus presbyterum &c. Ita enim tum temporis publica vitia ſub teſtibus & accuſatoribus examinabantur & inquirebantur, donec reus convictus innoteſceret & fateretur.

18. Hujusmodi confeſsionem jure divino ratam Apoſtoli & eorum ſucceſſores exercuerunt, de qua etjam multæ patrum ſententiæ intelligendæ ſunt.

19. Confeſsio autem illa auricularis, qualis jam aliquot annorum centuriis ex hominum traditione ſervata fuit, non eſt fundata in ſcriptura.

20. Id omnino verum eſt, tempore vetuſtiſsimorum patrum pios & doctos animarum curatores conſultos ſæpenumero fuiſſe in privatis & occultis conſcientiarum quæſtionibus, ſcrupulis & gravaminibus. Neq; dubium eſt ſinceros doctores auditores ſuos ſalutari conſilio inſtruxiſſe, pia conſolatione erexiſſe, & ſalvifica abſolutione ſeu peccatorum remiſsione exhilaraſſe.

21. Atvero lege auricularem illam confeſsionem ſanciendam, lege homines ad eam quaſi ad rem ad ſalutem prorſus neceſsariam adigendos eſſe: id vero nemo mortalium ex ſcriptura clara & non coacta probaverit.

22. Privatam confeſsionem rectè uſurpatam minimè profligandam, quin pie retinendam cenſemus, abuſum tantum damnamus, quod nimirum in lucrum

converſa, quod lege aſtricta, quod coacta, qua ratione plurimi homines in conſcientiæ diſcrimen, in deſperationem & vitæ periculum devenerunt.

Meritum. 23. Superba vox meriti eſt quando ſcilicet homo ſibi ipſe tribuit & arrogat multa ſe opera meritoria feciſſe.

24. Quid enim Deum immortalem de merito gloriabimur, cum, ut modo dicebatur ex nobis ne cogitare quidem boni aliquid ſufficiamus. Si quid igitur boni à nobis fit, Deus hoc in nobis operatur, qui propria ſua munera in nobis coronat, quiq; proprium ſuum opus in noſtrum convertit meritum. Nunquam igitur animo excidat dictum Chriſti Luc. 17. cum feceritis omnia &c.

25. Quemadmodum igitur Chriſtus noſtræ ſalutis autor, non propter lucrum aut meritum aliquod ſuum, ſed ſanctiſsimum patris benigniſsimi beneplacitum omnia ad ſalutem noſtram neceſſaria confecit:

26. Ita & nos non ſpe præmii aut commodi Deo, ut ſervi Dominis, verum liberaliter ſeu liberè ut liberi patri ex amore filiali & liberali, ſervire debemus, cogitantes non quantum mereamur, ſed quam bene optimæ voluntati Dei placeamus.

27. Mereri Chriſtiano non eſt bonum operari hac intentione, quod velis aliquid mereri, quemadmodum ſeductores animarum hactenus cum magno multorum exitio docuerunt.

28. Sed corde & ſtudio ſimplici promptè & ſponte nullo habito reſpectu compenſationis aut meriti divinæ voluntati morẽ gerere. Charitas enim ut eſt apud Paulum 1. Cor. 13. non quærit quæ ſua ſunt.

29. Interim meritum præmium & retributio per ſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſequuntur & proficiſcuntur ex obœdientia quam divinæ voluntati exhibemus, etjam ſine noſtra requiſitione. Atq; hæc eſt vera & pia ratio appellationis meriti.

30. Unum, verum, bonum & fidelem paſtorem habemus, qui vitam ſuam precioſiſsimam pro nobis fudit: hic eſt Jeſus Chriſtus Joh. 10. Paſtor.

31. Idem ille oſtium eſt ovibus: hac qui non ingreditur fur eſt & latro. Ille idem Archiepiſcopus eſt ſeu Archipaſtor, cujus propriæ ſunt oviculæ, non noſtræ 1. Pet. 5. Joh. 21. hujus paſtoris vocem ſi quis ſequatur, hunc lupus infernalis non devorabit, paſcitur enim & defenditur ſecuriſsimè.

32. Hujus miniſtri & quaſi vicarii ſunt omnes veri Paſtores, quorum plerunq; pauci ſunt, plurimi autem mercenarii quærentes quæ ſua ſunt non quæ JEſu Chriſti Phil. 2.

33. Paſcere eos oportebat oviculas commiſſas verbo Dei puro ac non adulterato: Atqui multi eorum addunt ſua commenta, docentes doctrinas hominũ, unde fit ut animæ ſpirituali fame necentur: ejusmodi igitur cavendi Mat. 16. &c.

34. Doctrinæ hominum pecunias, Dei autem verbum perſecutiones affert, mirum igitur minimè eſt abhorrere multos ab Evangelio.

35. Concluſionis loco quemlibet Chriſtianum ſedulo & officiosè monitum volo, ut hiſce noviſsimis & periculoſiſsimis temporibus (quibus Antichriſtus ſuos quoq; habet præcones, ſuaq; edit miracula) circumſpectè ambulet, ipſe ſerio ſtudio biblia legat, non cum præſumptione, arrogantia aut temeritate, ſed humilitate & pia attentione. Concluſio paræneticà.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

36. Si quid Spiritus Domini ipſi ſuggeſſerit & patefecerit, cum gratiarum actione agnoſcat: Quod ſi quid captum ejus difficultate ſuperet temere aut procaciter nec ſtatuat nec judicet, quin absq; dubitatione ſentiat, nihil non à Spiritu Dei qui errare nequit recte & bene ſcriptum eſſe, licet per nos ſtet, quo minus illa aſſequamur.

37. Docet præterea poſterior dies priorem: itaq; quæ hodie non aſſequeris illius notitiam lux craſtina σὺν θεῷ afferet.

38. Eſt autem ſacræ ſcripturæ lectio longe ſecus quam aliorum librorum inſtituenda, utpote in quam non inconſideratè temere & illotis, quod ajunt, manibus irruendum, ſed præmiſsis piis atq; ardentibus precibus atq; tuiipſius, ut ita dicam, abnegatione & renunciatione.

39. Sic itaq; ad lectionem ſacram accedas, ut Deum in te operari patiaris, neq; præſumas proprio arbitrio & captu ſcripturam intelligere, multo vero minus intellectum in ſcripturam inferas, ſed inde auferas, ut ita à Deo in vera Academia Spiritus ſancti erudiaris.

40. Conſulendi etjam tibi ſunt & interrogandi alii doctiores, atq; ab illis ſine ſupercilio ac contentione diſcendum. Linguarum itidem, ſi ſalutariter ſcripturæ tractandæ ſint, peritia, & diſcretione ſpiritus opus eſt: alterius ſic res altera poſcit opem.

41. Etſi autem adeo multa ad ſcripturæ intellectum requirantur, & valde reverenter & circumſpectè Dei verbum, quod ipſe Dei filius ſanctiſsimo ſuo ſanguine obſignavit, quodq; nos omnes ſanctificat & mundat, tractandum ſit: minimè tamen propterea ab ejus lectione te abſtrahi ſeu abſterreri patiaris, neq; exiſti-

mes

mes pertinere hanc rem tantum ad Sacerdotes, cum illud ſit verbum, unde vita eſt animæ tuæ, unde Chriſtianus efficeris.

42. Ut igitur omnes æqualiter ad eandem cœleſtem Dei hæreditatē & regnū vocati ſumus, uno baptiſmo, uno verbo, una fide exiſtente: ita omnes nos ſcire oportet, quidnā Deus à nobis flagitet, quid promittat.

43. Quam igitur ſalus tibi tua cordi eſt & curæ, tam tibi ſerio verbum Dei commendatum habeto.

44. Ineptum fuerit prætendere: ſequar ego parentis mei fidem: quid ſi parentem tuum apud inferos invenias?

45. Ortus eſt ſol juſtitiæ Jeſus Chriſtus radios Evangelii ſincerè ſpargens: quod ſi quis veritati fores non pandat, aut oculos luci occludat peſsimè ſibi conſulet. Veritatem ſi quis ſtudio neſcire volet, & illum Chriſtus neſcire volet.

46. Atqui, ais, Evangelium hactenus ſemper fuit prædicatum: id vero pernego. Textus ſane utcunq; prælectus fuit, ſed ſomniis humanis ita obnubilabatur ut ex Evangelio hoc eſt læto nuncio plane triſte nuncium fieret. Tantum enim leges & traditiones propoſitæ fuerunt: Conſolatio autem in ſcriptura patefacta hoc eſt, inexplicabilis gratiæ per Chriſtum partæ theſaurus occultatus fuit. Itaq; non Chriſtum ſed Antichriſtum docuerunt.

47. Non te à te ad Chriſtū duxerunt, ut Chriſtum tibi & pro te datum diſceres, myſterium Evangelii agnoſceres, & quænam ſit vera cordium & conſcientiarum pax & gaudium intelligeres: verum contra à Chriſto in & ad nos ipſos nos abduxerunt, docentes operibus liberi arbitrii noſtri juſtificari & ſalvari nos oportere.

48. De-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

48. Deus bone quam hic non miſeriam excitarunt! quam hic non carnificinam exſtruxerunt! Nunquam enim conſcientia ſecura, pacata aut de voluntate & affectione Dei certior efficitur, ſi operibus juſtitiam comparandam audias, & viciſsim oneratæ conſcientiæ hæc ſumma eſt conſolatio ſi, doceatur, nō ex operibus ſed per fidem in JEſum Chriſtum juſtitiam acquiri Rom. 3. 4. Gal. 2. 3. Atq; hoc verum eſt Evangelium prædicare.

49. Memineris autem duplicem Chriſti cognitionem ſeu fidem eſſe. Altera eſt hiſtorica, ut cum ex ſcripturæ lectione novi Chriſtum eſſe Deum & hominem, ſicut credo Ariſtotelem Magni Alexandri præceptorem: hæc noticia non ſerio cor tangit, ſed apprehenditur & tenetur, ut alia quædam hiſtoria. Ejusmodi agnitio & frigida in Chriſtum fides non juſtificat coram Deo, nam & impii & dæmones ita credunt.

50. Altera ſolida eſt & viva fides Chriſtiana, firma nimirum fiducia promiſsionum divinarum, ut quod Chriſt9 pro me traditus peccata mea aboleverit, meq; beet & ſalvificet. Et hæc vera eſt fides Evangelica, quæ ſola hominem juſtificat, hoc eſt, ſola à Deo ad juſtitiam imputatur.

51. Loquor autē hic de comparatione fidei & operum, nec excludo à juſtificatione Deum, Chriſtum, Spiritum ſanctum aut Sacramenta, quæ quomodo ad eam pertineant, ex ſcriptura nemini ignotum eſſe poteſt.

52. Quod autem fides juſtificare dicitur inde eſt, quod per eam Chriſto Domino noſtro uniamur incorporemur & inſeramur Cumq; Deus juſtitiam ac vitam per Chriſtum promiſerit, promiſsio autem ſola

fide

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

fide apprehendatur, ideo per ſolam fidem juſtificamur. Hæc doctrina certa eſt & immota. Ut enim hominis teſtamento nihil addi aut detrahi jure debet: ita multo minus teſtamento Dei quo omnibus credentibus vitam gratis ſine operibus legavit.

53. Mira ſane primo intuitu videtur & in primo ſtatim limine inſipida apparet hæc vera ſpiritualis ac Evangelica doctrina homini in Scholaſticorum ſcriptis verſato & carnali illorum doctrina imbuto: At vero ſi verbo & fidei Chriſti rationem captivam duxeris, Spiritus efficax erit, teq; recte inſtruet: unde eſt quod hodie multi homines ſimplices rectius ſcripturam aſſequuntur & explicant, quam magni nominis doctores.

54. Eſtq; error inſignis ſentire quod ſolis ſacerdotibus raſis, talaratis, & unctis, ſcripturæ intellectus competat: cum ea res omnium ſit Chriſtianorum à Deo doctorum Eſa. 54.

55. Neq; exiſtimandum eſt, ſine lectione librorum Ariſtotelis. Platonis & aliorum ethnicorũ genuinum ſcripturæ ſenſum acquiri aut haberi non poſſe, utpote quo Spiritus ſanctus etjam ſine præſidio Philoſophiæ ethnicæ, ſcotiſticæ, & ſimilium inventorum humanorum, quemlibet pium inſtruere poteſt & vult.

56. Ariſtoteles & reliqui ſcriptores ethnici in hac depravatione noſtra per ſe potius perturbant intellectum humanum, ut ineptior reddatur ad percipiendam ſapientiam cœleſtem in ſcriptura patefactam. In univerſum enim humana ſapientia cum divina ſcriptura plane non convenit: cumq; omnis Philoſophia mundana ex ratione humana ejusq; ratiocinationibus originem trahat: ratio autem humana per pecca-

tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

tum corrupta carnalis ſit, ideoq; Deo per ſe repugnet: nemo non videt eam cæcutire & halucinari, non niſi carnalia ſapere, de Deo autem rebusq; ſpiritualibus nihil fundamentaliter ſcire.

57. Quando igitur cor humanum hujusmodi dogmatibus Philoſophorum plane vacat, aut certe ea in hoc foro ſeponit, multo eſt doctrinæ cœleſtis & ſapientiæ divinæ capacius, quam ſi ſapientia ejusmodi humana refertum præoccupatum & turgidum ſit.

58. Etenim hæ ſcientiæ & præconceptiones humanæ propter naturæ corruptionem ſupercilium & ſcientiæ perſuaſionem afferunt, cum contra ad res ſacras percipiendas opus ſit animo humili, qui omnibus aliis renunciet, nihil ſcire ſe exiſtimet, doceri expetat, & ſic verbum Dei cum reverentia & quaſi timore humilimè acceptet. Hinc eſt quod Paulus ad Col. 2. ait: βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσαι ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας, καὶ κενῆς ἀπάτης κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου καὶ οὐ κατὰ Χριστόν.

59. Neq; tamen hæc eo accipienda, quaſi vel ipſa Philoſophia ſit per ſe mala, impia, rejicienda, & quaſi cognitio artium, naturæ, morum &c. inutilis ac non neceſſaria doctori imprimis Eccleſiæ: ſed eo reſpiciunt, ut appareat 1. immenſum eſſe inter ſapientiam divinam & humanam diſcrimen & diſtantiam: 2. τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ ψυχικῷ ἀνθρώπῳ μωρίαν εἶναι. 1. Cor. 2. 3. Philoſophiam in domo Domini non eſſe Saram ſed Agar. 4. τοῖς μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν, Tit. 1.

60. Confirmet nos in vera via, ſancta veritate & beata vita, is qui ſolus eſt via, veritas & vita: Amen.

Theſium ex locis Communibus Urbani
Regii Finis.

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON VIGESIMUS PRIMUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Johannes Odendahlius Huſenſis vocatus
ad Sacellanatum Sanct Johannitanum
in inſula Foëre.

XI. Mart.

MDCV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. Cat. Chyt.

EX DECALOGI EXPLICATIONE TRADITA A D.D. Luthero Anno 1516. 1517. 1. Tomo Witteb. Lat. Anno 1550.

Fol. 1. Lo.3.et4. 1. Ad quæſtionem cur præcepta pleraq; non ſint affirmativa ſed negativa, nõ imperativa magis quam indicativa, reſpondetur: Tum quod omne præceptũ Dei in hoc ſtatu corrupto primum & magis oſtendit Ro 3.5.11. Gal. 3. jam præteritum & præſens peccatum quam futurum prohibet, cum leges hominum præcipuè propter futura ponantur.: Tum quia negativa eſt vehementior quam affirmativa ob interdictũ & excluſionem.

Loc. 1. 3. & 4. 2. Spiritus benigniſsimus Magiſter in lege tuam tibi oſtendit pravitatem, quaſi dicat: talis eſſe deberes, qui &c. qui &c. Nunc autem totus es alius, & perverſus.

Loc. 3. 4. 3. Nullus eſt hominum in mundo, qui non in aliquo gradu quodlibet præceptum faciat: ſed ſimul tamen omnia etjam contra faciat.

Præ. 1. 4. Idolatria interior, qua homo vel timore pœnæ vel amore commodi affectus, foris quidem omittit culturam creaturæ, intus tamen alit amorem & fiduciam in creaturam, atq; ita non quidem flectit genua Loc. 4. Lo.5.6.7. divitiis & honoribus &c. Sed tamen cor ac mentem nobiliſsimam ſui partem ipſis offert, dominatur in omni homine, donec ſanetur per gratiam in fide Jeſu Chriſti. Hæc enim illum facit liberum à Diis alienis, & verum Dei cultorem, abſtrahens â cupiditate & fiducia rerum, & trahens ad creatorem.

Loc 2. 3. 4. 5. 5. Propriis ſtudiis & viribus nunquam eo perveniet homo, ut Deum alienũm non adoret, quin verbo Deo doctore opus ſit.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Fides Chriſti tollit omnem fiduciam ſapientiæ, Loc.1 3.
juſtitiæ, virtutis propriæ, docens, quod niſi ipſe pro 4. 5.
te mortuus eſſet, teq; ſervaret, nec tu nec omnis crea-
tura tibi poſſet prodeſſe, ac oritur omnium contem-
ptus. Atq; ubi audis quod pro te paſſus eſt, & credis,
jam oritur fiducia in eum, & æſtimatio ſolius Chriſti,
& ſic periit omnis rerum affectus ut inutilium, reman-
ſitq; tibi non niſi ſolus Jeſus, ſolus ſatis & ſufficiens
tibi, ita ut de omnibus deſperans unicum habeas hunc
in quo omnia ſperes.

7. Quisquis non ita rebus mortuus & in Chriſto ſe- Loc.3.5.
curus eſt, ut nec divitiis infletur, nec paupertate de- 10.
jiciatur, nec honore tumeat, nec ignominia marceſcat Præc.1.
nec vita lætetur, nec morte terreatur, nec voluptate
gaudeat, nec paſsionibus triſtetur: neq; prorſus ita eſt
ad utrumq; immotus & quietus, ut quoquo modo illa
cadant, ſatis ei ſit quod Jeſum Chriſtum habeat, imo
ut paupertatem, ignominiam, paſsiones, mortem, &c.
amet & optet: divitias, gloriã, voluptatem, vitam &c:
faſtidiat, præ deſiderio ſui Dei: confiteatur ſe nondũ
eſſe purum Dei cultorem, ſed multa mixtum idolatria, Fol. 2.
quia dolet, cupit, amat, odit, non ſicut debet, nec ea Loc.4.
quæ debet.

8. Legis impletio meta & finis eſt nobis propoſitus, Loc.3 4.
à cujus aſſecutione nemo excuſatur, niſi is, qui cum
gemitu agnoſcit & confitetur, ſeſe non eſſe talem, &
quotidie laborat ut fiat talis, & quod minus facit hu- Loc.8.
militer petit ignoſci dicens: dimitte nobis debita no- Loc 1.
ſtra. Huic non imputatur peccatum propter Chri- Loc.5.
ſtum in quem credit.

9. Præcepta Decalogi non lapidibus aut lignis ſed Loc.3.
hominibus ſunt poſita, & ita implenda plenè atq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

perfectè, ut nec unum jota aut unus apex ſit prætereundus.

Præc 1. Loc 2.3. Fol. 2. 10. Diligenter lege prolixum catalogũ peccantium contra hoc præceptũ, ubi breviter & nervosè agit de variis artium diabolicarum & ſuperſtitionum claſſibus, de conſecratione ſeu execratione armorum per concepta verba certaq; ſigna, eorundemq; ſolutionibus, de characteribus vitro inſcriptis, capite aſini ad focum, literis Leonis ad Carolum, obſervatione menſium in re connubiali, cerea paſchali furtim abciſa, aqua benedicta cũ preculis, indagatione furis, aliisq; id genus plurimis, curationibus faſcini, literis penſilibus ſingulariter ſcriptis ad collum, murmuratione & inſcriptione vocularũ, cinguli menſura, adjurationibus verborum, ſignatura pecorum, conſignatione frugum, adjurationibus elementorum & ſerpentum, votis ad ſanctos, ominationibus, auguriis, obſervationibus dierum Aegyptiorum in rebus gerendis, aſtrologicis vanitatibus, maleficiis, arte Notoria, inveſtigationibus occultorũ per cryſtallum, unguem vel eburneum capulũ conſecratum, virga divinationis ad inquirendos occultos theſauros, viris & mulieribus ſapientibus, metamorphoſi ac equitatione ſuper ſcopas hircũ &c. Herodiade, Hulda, Venere, per annũ circũvectis, larib. incubis & ſuccubis, ſuperſtitionibus circa baptizandos, menſtruis mulierũ, aliisq; innumeris.

(margin: Fol. 3., Fol. 4.)

Fol. 2. Loc. 2. 11. Homines rudes diabolus non ſerio ſed velut moriones ſuos joco ludere videtur: Eſtq; adoleſcentia per ſe proclivis in ſeductionem hoſtis. De variis Satanæ impoſturis legatur prolixè in toto hoc tractatu maximè præc. 1.

Præc. 1. 12. In ſuperſtitionib. ſæpe fit quod faciunt quia credunt.

13. Quis

13. Quis non miſereatur infantis? Miſerendum ſed non uſq; ad ſervitutem Diaboli: vel naturalem quære medicinã, vel Deũ exora in ſimplici fide: cur eum quẽ Deus creavit Diabolo ſervandũ & ſanandũ offers? Loc. 2. 3.

14. Non dubitandũ eſt quaſdam infantum vexationes non eſſe naturales, ſed dæmones per maleficas adjurati ita cruciant parentes eorũ, judicio occulto ſed juſtiſsimo Dei permittentis talia fieri in infantibus, ut probet fidẽ vel illorum vel aliorũ, aut utroſq; puniat. Loc. 2. 9. Fol. 3.

15. Sexum fœmineũ Diabolus familiare habet organum: ut ipſum in ſua ſacra aſsiſcat, per ipſum ſuas leges dictet, ſuas ſuperſtitiones ſeminet, per omnia contrariè Deo, qui ſacra & ſacerdotium & verbum ſuum regulariter viris imponit. Loc. 2.

16. Quid aliud meretur illuſor Diabolus, quam ut rurſum & nos eum rideamus? Loc. 2. 3.

17. Optimi phyſici & medici docent inciſionem venarum, ablactationem puerorum, ſalubritatem balneorum & oportunitatem ſeminandorum non ex influentiis planetarum & ſtellarum, ſed ex humorum & calorum oportunitate metiendam: & neceſsitatem hic eſſe unicam regulam. Loc. 2.

18. Omnis homo naſcitur peccator, mẽdax, inſipiens, nec mutatur unquã, niſi ſupercœleſti gratia viſitetur. Lo. 4. 2. 5.

19. Lauta illa aſtrologia ſeu matemathica docens quis, qualis, quantusve ſit futurus, quisquis natus fuerit in horoſcopis ſignorum, Conſiliarium præ ſe fert divini ſecreti nec angelis noti. Loc. 2.

20. Non fecit Deus creaturã ad inclinationem peccati, ſed potius ad erectionem juſtitiæ, ut omnia cooperentur in bonum, non in malum hominibus. Loc. 2. 4

21. Nemo hominũ neceſsitate compulſus ſeu invitus peccat, ſed ſemper inclinatione, quæ nõ extra nos ſed Loc. 4. 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

nobis eſt. Math. 15. Jacob. 1. & non fato ſed origine peccati venit.

Loc. 2. 22. Omnia quæ fecit Deus bona ſunt, ideo ex natura ſua non poſſunt niſi ad bonum inclinare. Quod autem ad malum ſerviunt non eſt natura ſed injuria eorum Ro. 8. Aſtrologi autem naturam eorum faciunt vanitatem, volentes ex inſtitutione Dei illa habere, ut ad peccandum inclinent. (Fol 4.)

Loc. 2. 23. Sol, luna, aſtra &c. in miniſterium hominibus creata ſunt non in dominium.

Præc 1. 24. Multas ſuperſtitiones veriſimile eſt ortas ex pravo ac nimis ſimplici intellectu eorum quæ jocosè ab aliquo prudenti dicta ſunt.

Loc 2. & 9. 25. Probat Lutherus aliquot argumentis poſſe Magas &c. tempeſtates commovere, corpori nocere, pecoribus, rebus, liberis malum inferre &c. contra eos qui hoc negant, eo quod non credant eas in creaturis Dei habere tantam poteſtatem nec dæmonibus tanta à Deo permitti. Summa: Job. 1. Diabolus operatur accepta licentia à Deo qui etjam hæc feciſſe dicitur. Aegyptiorum plagas per angelos malos factas teſtatur Pſal. 78. Unde tot obſeſsi corpore & anima? an minus eſt animam immortalem perdere quam membrum moriturum aut aërem vexare? Omnes ſanctos ipſe eſt perſecutus imo ipſum Dominum non tantum tentat, de deſerto in montem, de monte in pinnaculum templi transfert, ſed & in paſsione horribiliter cruciat. Quid mirum ſi horrea noſtra deſtruere & membra percutere eadem permiſsione Dei poſsit? Et quia dat Deus tot malis hominib. poteſtatem abutendi rebus, divitiis, poteſtate, dominio, in aliorum perniciem & ſuum peccatum: multo magis dæmoni- (Fol. 5.)

bus

bus permittit rerum abuſum contra nos, ſive ut puniat ſive ut erudiat nos.

26. Verum eſt autem quod ſine Dei permiſsione nec folium arboris movere poſsit: ideo Chriſtianos oportet noſſe hæc mala per dæmones & magas ipſius quidem inferri, ſed tamen à Deo determinari: unde annotante Auguſtino Job non dixit Dominus dedit Diabolus abſtulit, ſed Dominus qui dedit idem abſtulit. Loc. 2. & 9.

27. Poteſt Diabolus ſe mutare de perſona in perſonam, & miris modis ludere ſenſum, imaginationem quamlibet etjam fortiſsimam inducere, præſtigias alias offundere, figuras fingere &c. Non ultra tamen quam ipſi permittitur, cum non ſemper nec coram omnibus id poſsit, ut ſatis compertum eſt. Loc. 2. Fol. 6. Loc. 2. & 9.

28. Augeſcunt ejusmodi portentorum genera defectu operariorum in vinea Domini. Loc 2, 3. 9

29. Illudit autem Satan non tantum infirmas partes hominis, carneos ſenſus & phantaſias, ſed majori ſubtilitate, ut & majori periculo illudit mentibus & intellectibus plurimorum: unde & 2. Cor. 11. vocatur corruptor mentium, vide dictum Ambroſii. Loc. 2.

30. De cultu & veneratione ſanctorũ & ſanctarum lege prolixum locum, in quo etſi pro illius temporis ratione non ſatis ſe expedit, vehementer tamen ſuperſtitiones, ineptias, abſurditates & impietates illorum cultuum & opinionum improbat, oppugnat, corrigit & limitat. Loc. 1 et 3. Fol 6 7. 8 9 10. 11. 12.

31. Interdum Deus propter aliqua opera externa hominibus apparentia, propter emendam ſolo timore pœnæ inceptam, à malis liberat & beneficia confert, etſi illa ipſi non verè accepta ſint. Eſt enim na- Loc. 1. Fol. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

turæ Dei, qui quoq; dat pullis corvorum eſcas, etjam ſtultis imo inimicis & blaſphemis benefacere, poteſtq; ex omnibus elicere bona.

Lo.1,& 3. 32. Videri poteſt multos ſanctos mera nominum alluſione præ cæteris deſtinatos fuiſſe certis officiis & functionibus.

Loc 2.3. & 9. Fol. 7. 33. Dictum notatu digniſsimum: ſub pietatis ſpecie, dum ſacerdotium Eccleſiæ dormit, aut lucris inhiat, ingreſſum eſt ingens pelagus ſuperſtitionum nemine prohibente.

Loc.1. Præc.2. 34. Omnis cultura ſanctorum pro timore Dei eſt inſtituta, ut homines ad pœnitentiam provocaret, memoriam mortis ſuggereret, vitam futuram oſtenderet: contra autem homines quæſiverunt ex ea ſecuritatem & ut ſine timore Dei viverent.

35. An non pudet nos Chriſtianos ita in ſanctos partiri negocia rerum temporalium, ac ſi eſſent nunc facti ſervi & mancipia artificum, ita ut prope redierit ea lerna ſuperſtitionum, utq; rurſus Romanorum illud chaos deorum & quoddam pantheon denuo extruxerimus, atq; hoc ipſum non pro alia cauſa, quam ut hic tantummodo bene habeamus.

Prol. Fol. 8. 36. Faſtidire cœpimus vetera, & ea quæ certiſsimam habebant autoritatem: ſic ſemper nova feſta derogarunt priſtinis.

Loc. 1. Præc. 2. 37. Plane hanc fidem in multis ſcio regnare, quod in quacunq; re audierint aliquem ſanctum verſatum, hunc in eadem credunt plurimum valere ac velut Dominum conſtitutum.

Loc.1. Loc 5.8. 38. Petitioni pro nobis & neceſsitatibus corporalibus ſemper præmittenda eſt petitio miſericordiæ & remiſsionis peccatorum.

39. Si

39. Si vis vitam emendare nunquam id melius fece- Loc. 8.
ris, quam in flagello cœpto, id eſt, in veriſsima emen- & 9.
datione & medicina vitæ divinitus propoſita perſe- Fol. 9.
veres uſq; ad mortem.

40. Aug. Quando nos ſumus ſani tunc maximè Loc. 4. 9.
concupiſcentiæ morbus eſt inſanus: non quod quæ-
renda ſit mala valetudo, ſed quod illata per Deum ut
optimus nuncius Dei ſit excipienda.

41. Nullum bonum ſine voluntate Dei quærendum Loc. 1.
eſt.

42. Argumentum à ſimili in iis quæ ſunt fidei eſt Prol.
nocentiſsimum, ut cum Diabolus in angelum lucis ſe-
ſe transfigurat: multi errores in Eccleſiam inundave-
runt ſub nomine Chriſti & Sanctorum ejus ſub ſpecie
ſanctitatis, ſub pia ut dicitur intentione & zelo ca-
tholicæ fidei, iſt eſt, à ſimili.

43. Verus & internus ſanctorum cultus conſiſtit Loc. 1.
tum in laude cordis, tum in voce & opere foris id eſt, Præc. 1.
quando Deus laudatur in ſanctis & ſancti laudantur
in Deo Gal. 1. Pſal. 111. Ideo enim operatur tot & tan- Loc. 1.
ta in ſanctis Deus ut ipſe glorificetur. Nolunt ſancti Præc. 1.
in ſeipſis laudari & glorificari ſed in Domino & Do-
minum in ſe. Noſtra ætate eo cultus redactus ſancto-
rum, ut melius fuerit neq; feſta ſanctorum agi neq; Fol. 10.
nomina eorum ſciri. Vide & lege.

44. Venerunt dies in quibus omnia libentiſsime Prol.
docemus & audimus præter ea quæ ſunt antiquæ &
ſolidæ veritatis 2. Tim. 4.

45. Illuſionem & errorem Diabolus operatur eo li- Prol.
berius, quo neglectius nos Pauli conſilium habemus: Loc. 2. 9.
omnia probate quod bonum eſt tenete. Et Johannis:
probate ſpiritus utrum à Deo ſint. Nos vero ſpecie
bona contenti ſtatim ſine probatione accurrimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc.1. 46. Spiritus Sanctus non eſt Spiritus temeritatis & Fol.11. præcipitationis, ſed ſpiritus conſilii.

Loc.3. 47. Eccleſiæ & loca earum ſanctificantur per verbum & orationem.

Præc.1. 48. Lege de peregrinationibus, concurſu ad ſtatuas, dedicationibus templorum, peregrinationibus in diverſa loca ad honorandas reliquias ſanctorum & indulgentias obtinendas &c.

Loc.2 3. & 5. 49. Qui libero arbitrio confidunt pro vero Deo idolum ſapientiæ & juſtitiæ ſuæ colunt. His ſolis Fol.12. Chriſtus gratis eſt mortuus, quia ſine ipſo poſſunt bene vivere.

50. Quales ſunt hodie, qui Pelagiani quidem non ſunt, ſapiunt tamen idem vel pejus quam Pelagiani, qui Deo ſaltem id tribuerunt, quod per doctrinam legis erudiret liberum arbitrium. Hi vero habent dictamen rectæ rationis quæ deprecatur ad optima, ut legis eruditione non pro neceſsitate ſed pro comoditate tantum utantur.

Loc.1. 51. Docent ſine Chriſto non poſſe bene vivi meritoriè, quomodo Chriſtus non eſſet mortuus propter peccatum, ſed propter non meritum, nec fuiſſet neceſſe eum mori ut inferni pœnas ſolveret, ſed tantum ut mereri cœlum contingeret.

Loc.4. 52. Qua Theologia mihi videntur aſſerere neminem naſci filium iræ & Diaboli, niſi filium iræ Diaboliq; dixeris id eſſe, quod non meritorium. Et dum Loc.7. ſacerdos exſufflat Satanam in parvulis babtizandis, ut locum det Spiritui Sancto, intelligitur ſolum facere ex vaſe non meritorio meritorium. Et baptiſmi Sacramentum confert gratiam non in remiſsionem peccati, ſed initium meriti duntaxat. Et illud Symboli:

con-

confiteor unum baptiſma in remiſsionem peccato-
rum, nova gloſſa oportet intelligi, non de peccatis
damnationis, ſed de peccatis non meritoriis. Ac ſic
peccatum originale nullum damnum intulit mundo, Loc. 4.
niſi quod privavit merito, & viſione Dei, quæ priva-
tio viſionis id eſt omnium bonorum non eſt malum,
niſi voce tantum, ſcilicet privativè. Et Chriſtus pro Lo. 1. et. 3.
nobis factus maledictum & peccatum, ut de maledi-
cto & peccato nos liberaret, non aliter intelligetur,
quam quod eſt factus non meritorium, ut de non me-
ritorio nos liberaret. Et ita vocabulum peccati per Loc. 4.
totam ſcripturam novam accipiet ſignificationem,
id eſt, ſcriptura induet confuſionem.

53. Cum ſimus juxta Auguſt. una maſſa perditi- Loc. 4. &
onis, nemo juſtificatur, niſi per puram ſine meritis 5.
gratiam Chriſti.

54. Quisquis nondum de ſe, ſua ratione, pia in- Præc. 1.
tentione, operibus internis & externis, virtutibus Loc. 9.
moralibus & ſcientiis ſpeculativis deſperat, & ad
thronum gratiæ tremens & miſer accedit: non po-
teſt non ſuperbire, ſibiq; aliquid hoc eſt non malus
nec ſtultus eſſe videri: Unde fit, ut ſit ſecurus & nihil
vel minus ſollicitus de gratia quærenda, dum ſcit ſe
nihil mali facere, licet fateatur ſe nihil meriti in tot
bonis facere.

55. Cum tamen quæcunq; & quantacunq; illa ſint, Loc. 4.
non ſint veræ virtutes & ſcientiæ, ſed peccata & er-
rores, quia fiunt neceſſario ex corde malo & non ſa-
nato per gratiam & ſic faciunt hominem vacuum &
inanem.

56. Veri autem ſervi juſtitiæ ſciunt & confitentur Loc. 8.
ſe totos eſſe peccatum, totumq; ſuum bonum non in- & 5.

tra

tra ſe ſed extra ſe in Deo & miſericordia ejus ſitum eſſe. Hab. 2. Pſal. 143. Unde malis ſuis preſsi neminem judicant niſi ſeipſos, nulli detrahunt, neminem contemnunt niſi ſeipſos, & implent hanc definitionem juſtitiæ: juſtitia eſt accuſatio ſui in principio, & juſtus primum eſt accuſator ſui.

Loc. 5. 3. 57. Hi habent vere unum Deum, ex quo, per quem & in quem juſtificantur & ſint ſine peccato per miſericordiam Dei ignoſcentem non per ſuam juſtitiam operantem.

Præc 1. Lo. 2. 5. 6. 58. Sic glorificatur Deus & colitur verè, dum ejus operibus tribuitur quicquid ſumus, dumq; agnoſcitur quod opera noſtra non ſint noſtra ſed Dei.

Lo. 4. et 5. 59. Ita nihil nobis relictum niſi peccatum, ſtultitia, malitia, perditio & confuſio: quomodo non poſſumus nobis in ullo placere aut idolum facere, redacti quippe in nihilum, ex quo & venimus, remanente ſolo Deo omnia in omnibus.

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON VIGESIMUS SECUNDUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Marcus Johannis vocatus ad docendum
Evangelium in Eccleſia Biolderup
præfecturæ Apenradenſis.
MDCV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX SERMONIBUS SEU DE-CLAMATIONIBUS D. LUTHERI in Decalogum Sylloge ſecunda.

Loc. 3. 6. Fol. 13. 1. Ergo non ſunt facienda bona? Reſponſio : non prohibentur, ſed quam maxime docentur bona fieri: controverſia duntaxat in vocabulo bona conſiſtit. Loc. 5. 8. nam ſine fide impoſsibile eſt placere Deo. Heb. 11. & omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Rom. 14.

Loc. 2. 3. 5. 6. 2. Illa ſane bona, quæ Scholaſtici vocant, naturaliter & moraliter facta, ideo ſunt mala coram Deo, quia non fiunt ex Deo, nec propter Deum, ſed homo ſibi ea tribuit, & in eis tanquam ſuis ſibi placet, unde fit, ut omnia ſint apud Deum mala, quantumlibet ſpecioſa ſint coram hominibus.

Loc. 2. 6. 3. Ut autem homo agnoſcat opera bona eſſe Dei ſolius, gratia eum illuminat, natura non docet.

Lo. 3. 5. 6. 4. Ratio omnium eſt, quod fides & ſpes non habet aliud fundamentum, niſi ſolum Deum Jeſum Chriſtum petram ipſam, & nullam prorſus creaturam. Ratio autem & natura habet fundamentum arenam, opera ſua bona & ſapientiam ſuam, quibus ruentibus vel per infamiam ſeu vituperationem rabioſè homo iraſcitur, vel per conſcientiæ & judicii divini re- Loc. 5. velationem deſperat in æternum. Juſtus autem, etjamſi cadit, reſurgit, & contra conſcientiam in Dei miſericordia fide nititur.

Loc. 3. 5. 5. Spes non provenit ex meritis, ſed ex miſerente & donante Deo, nec habet objectum vel materiam ſeu fundamentum aliud, quam ipſam nudam Dei in Chriſto miſericordiam, nequaquam opera noſtra, quæ ſunt potius objectum & origo deſperationis.

6. Chri-

BIBLIOTHECA REG. HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Chriſtus nobis vixit & meritum noſtrum eſt, ſi credimus in eum: ſic credentes in eum non jam ſibi vivunt, nec ſua merita cumulant, ſed Chriſto ſerviunt & merentur. Rom. 14. Sive vivimus ſive morimur &c. Ipſe ſpes noſtra, & nos, ut ita dixerim, ſpes ſeu expectatio ejus, ſicut filius eſt ſpes patris, & pater ſpes filii, cui omnia providit & theſaurizavit. Loc. 1. & 5. Loc. 6.

7. Qui confidit in rebus corporalibus, aliosq; ſuperbiens faſtidit iis non inſtructos, ille hæc ſua facit Deoq; rapit, & ſibi in Idola transmutat. Etenim ſi ſolius Dei eſſe cognoſceret, non diſtingueret inter ſe & quemlibet miſerrimum hominem, nihilq; ſeſe habere fateretur, niſi quod ſolus Jeſus Chriſtus ejus fiducia eſt. Loc. 1. 3. 5.

8. Si primum præceptum ſervaretur, nulla radix, nullum initium peccati, atq; ita nulla peccata eſſent, ſed omnium virtutum plenitudo, quod non in hac vita ſperandum eſt, ideo ſemper manemus peccatores, & hujus præcepti transgreſſores, ſolo hoc ſacrificio ſalvi, quod hanc transgreſsionem non ignoramus, neq; negamus, neq; more impiorum verbis malitiæ in peccatis nos excuſamus, ſed confitemur & gemimus, auxilium gratiæ in Chriſto & regni futuri accelerationem petentes. Loc. 3. 4. Loc 5. 8.

9. Cavenda eſt illa pernicioſa & adulatrix gloſſa, imo totius humilitatis expultrix & vaſtatrix, quaſi non requirat Deus præcepta ſua impleri in hac vita, quæ gloſſa facit ſecuritatem nocentiſsimam, & eſt unum de pulvillis & cervicalibus, quæ in Ezechiele damnat Dominus. Et ſane qui ipſi non requirunt & exigunt à ſeipſis ejusmodi plenitudinem, ſed conſuunt ſibi pulvillos ſub manibus, & ſine timore ince- Loc. 3. Præc. 1.

 dunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

dunt, non dolentes neq; confitentes ſeſe non imple-
Loc. 8. & 5. re, ideoq; Chriſti juſtitiam & plenam obœdientiam non deſiderant, ab iis certe exiget Deus uſq; ad noviſsimum quadrantem.

Loc. 3. 4. 5. 8. 10. 10. Qui enim non agnoſcit ſe præcepta hæc debere, quomodo ſe agnoſcet eſſe peccatorem? Qui autem non agnoſcit ſe peccatorem, quomodo timebit Deum & judicium ejus? Qui autem non timet, quomodo humiliabitur? Qui non humiliatur, quomodo gratiam conſequetur? Qui gratiam non conſequitur, quomodo juſtificabitur? Qui non juſtificatur, quomodo ſalvus erit?

Loc. 3. 11. Omnia alia præcepta fluunt ex primo & ſervato primo facile ſervantur, imo ſervata ſunt & contra.

Loc. 2. 3. 4. 6. 12. Si Adam ſtetiſſet, omnia neceſſaria ſciviſſemus, at nunc nec ipſa ſcimus, quæ neceſſaria ſunt foris, ne dum intus.

Loc. 3. 4. 13. Tribus rebus peccamus, corde, ore, opere: & ſicut qui corde non peccat, nec ore nec opere peccat: ita qui corde peccat, nec ore nec opere juſtè facere poteſt.

Fol. 14. Loc. 3. 14. Nomen Domini ii invanum aſſumunt, qui nec ad ſalutem animæ, nec ad gloriam Dei principaliter illud aſſumunt. Fruſtra enim & vanum Deo dicitur quod fit ſine cauſa & neceſsitate ſeu utilitate Deo probata, quæ duplex eſt, ſalus noſtra & gloria Dei, imo ſola gloria Dei, quia nec ſalutem noſtram debemus per nomen ejus quærere, niſi ad gloriam ipſius.

Lo. 3. 4. 9. 15. Magis Deus nos quam Turcos punit, quia pejus polluimus ſacra quam illi.

Præc. 2. 16. Juramentum duplex eſt. Bonum de quo Deut: 6. & 10. quomodo Deus jurat paſsim in Prophetis &

Pſal.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Pſal. 110. 132. Sic Chriſtus, Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli & Sancti. Hoc jurare placet Deo, quia per ipſum invocatur veritas ejus, & creditur in eum, ac propter eum bona juramento comprehenſa fiunt. Ideo Ebr. 6. vocatur πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν.

17. Aliud eſt malum, quod vel ex conſuetudine fit, quo pacto vileſcit reverentia nominis divini: vel Fol. 15.
ubi quis ex propoſito jurat & ſcienter falſum. Peccatum vehementer grave, ſed graviſsimum, quando fit in facie Eccleſiæ, cum ſolennitate & præſcripta forma. Vide porro de perjurio quod committitur vel in jurando vel in ſolvendo juramento.

18. Nullum peccatum eſt faciendum pro quacunq; Loc. 3. 4.
re, neq; pro æterna, quantum minus pro temporali. 10.
O ſi paucitatem ſalvandorum attenderemus & timeremus, quam cito ſecuritas de ſalute ceſſaret à nobis.

19. Chriſtus Matth. 5. libidinem & voluntatem Loc. 3.
propriam jurandi prohibet, ne quis voluntate ſua juret unquam, quantum in eo eſt: per hoc tamen non prohibet, quin jurare licitè debeat fidelis exactus vi alterius aut neceſsitate fratris: tum enim ipſe non jurat, quia non eſt ſuæ voluntatis, ſed ſervit per humilitatem alienæ voluntati, vel per charitatem alienæ neceſsitati ad gloriam Dei.

20. Charitas πλήρωμα νόμου Rom. 13. qua habita Fol. 16.
nulla eſt lex neceſſaria, ſine qua nulla lex ſatis eſt. O- Loc. 3.
mnia mandata eam requirunt, & ſine charitate, id eſt, facili, prompta, hilari, libente voluntate, ſi implentur non implentur: manet enim in vita, ideoq; & rea voluntas, licet opus faciat manu & extra Pſal. 1. 110. 2. Cor. 8. Pſal. 51.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. 3. 21. Tria priora præcepta parant hominem Deo velut puram materiam, ut quieſcat corde, ore, opere, interiori & exteriori & medio homine, qui ſunt ſenſualis, rationalis, ſpiritualis, & ſit pura quies.

22. Sicut quædam animalia erant immunda, tantum ſignificativè, in ſeipſis bona, munda, ſana, quia creata à Deo: ita opera corporalia, ſervilia ſeu manualia, quæ de ſe ſunt bona, utiq; præcepta à Deo, tamen in Sabbato prohibita ſunt.

23. Juſtus verus ſic Deiformis eſt, ut ſicut Deus indifferens eſt ad omnem diem, omnem locum, omnem perſonam: ita & ipſe, omnis dies eſt illi feſtus.

Loc 2.3. 24. Per bona opera non efficimur boni. Non enim
5.6. operando ſed patiendo boni reddimur.

Loc. 2.4. 25. Quomodo vanus aliud agat quam vanum? vanum loquitur, vanum cogitat, etjamſi Deum cogitat, Deum loquatur. Vanus autem eſt carnalis, qui alia agit, quam quæ Dei ſunt, & invitus quæ Dei ſunt, præ iis quæ ſua ſunt. Et omnis homo vanitas.

Loc. 3. 26. Qui Dei vicarios, parentes inquam & præſidentes &c. viliter æſtimat & contemnit quos videt, quomodo audet dicere ſe Deum quem tamen non videt magnifacere ſeu colere & non aliud præ illo?

Fol. 17. 27. Adam noſter ſecundum cæcitatem ſuam totus
Lo. 2.4.5. ſibi integer videri ſolet, cum in nullo ſit purus.

Fol. 18. 28. Vide de operibus Sabbato fieri licitis, deq; iis
Loc. 3. quæ excuſantur neceſsitate, paucitate & pietate.

Lo. 3.5.6. 29. Peccant Cainiſtæ qui Deo non perſonam ſed opus perſonæ offerunt.

Loc. 1.7. 30. Chriſtus verus Sacerdos, quanquam multa
8.9. operatur in Eccleſia per externa Sacramenta & viſibiles ceremonias, in quibus ei fideles concinunt & coope-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

cooperantur : tamen plurima agit inviſibiliter pro nobis apud Deum, quæ populus & Eccleſia ejus non videt neq; perſpicit.

31. Debet unicuiq; ſua devotio ſemper eſſe ſuſpe- Loc. 2. 3.
cta, & tanto magis, quanto magis placet, cum eſt 4. 6.
contra verbum Dei, cum ſciamus quod angelus Satanæ in lucis angelum ſeſe transfigurans ſummè ſit timendus & cavendus. Itaq; ſemper quicquid tibi te- Fol. 19.
ipſum dederit ac permiſerit, tene ſuſpectum: Quicquid autem tibi teipſum abſtulerit, hoc ſequere. Ira & odium ſuiipſius eſt nobiliſsimum.

32. Non licet miſſam perficere ſine Evangelio, pri- Lo. 3.5.7.
vatam privato, publicam publico.

33. Pietas cœleſtis debet ſemper vincere cupidita- Loc. 3. 6.
tem terrenam.

34. Lege locum de negligentia iſtius temporis ſa- Loc. 3. 9.
cerdotum. Tu abes Eccleſiæ & officio & verbo, quid ſequetur niſi ut populus abſit & obſequio & auditu? Pecus cogis in caulas & paſcua, & victum ovibus negas.

35. Oratio aſcenſio eſt mentis in Deum, verba ſunt Loc. 2. 3.
ſcalæ, ſed vox eſt apparatus ſcalarum: qui voce tantum orant, non orant, ſed orationes tantum proferunt aliorum, ſicut liber ſcriptiones, organum cantum.

36. Contritio peccatorum nōn tantum ex odio, Loc. 8.
quantum ex amore procedat: illa literalis, hæc ſolida eſt.

37. Hæc duo, Dei bona & noſtra mala, ſcala ſunt Fol. 20.
in Deum, in qua deſcendimus in nos, & aſcendimus Loc. 1. 2. 3.
in Deum. 4. 5. 8.

38. Fluit reverentia ex Deo in parentes, non ex pa- Loc. 3.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

rentibus. Conſiderandi enim ii & honorandi ſunt, non ut ſunt caro & ſanguis, ſed ut officina ſummæ majeſtatis: In primæ tabulæ præceptis honoratur Deus ut in ſeipſo, in quarto ut in alio, ſcilicet regentibus, qui ſunt ſedes, officina, altare, propitiatorium ejus. Sic & uxor oculum avertat à carne, & Deum in viro agnoſcat: ſic facile erat honorare honorandos.

Loc. 3. 39. Parentes rurſum ſe exhibeant, ut digno nomine ſint parentes, ne honor filiorum conferatur in idola & mortua ſimulachra parentum, ne parentes fiant perdentes & ſimul pereuntes.

Loc 3.6. 40. Qui ſola formidine pœnæ aliquid facit vel omittit, tam diu facit & omittit, quamdiu timet & pœnam cogitat, ſemper autem intus corde aliud agit, & timore miſſo etjam opere.

Loc. 4.9. 41. Cur putatis, quod peſtis potiſsimum ſævit in parvulos, niſi quia Deus implet in eis, quod Sap. 4. ait: raptus eſt ne malicia &c?

Fol. 21. Loc. 3. 6. 42. Factus puſillo animo ad omnia inutilis & deſperatus efficitur, timidus omnia agere & aggredi.

Loc. 3. 43. Utrumq; liberis neceſſarium, eruditio eorum quæ ignorant, & correptio ſi cognita non ſequantur, utrumq; in Domino.

Loc. 3. 44. Omnes gentes præſertim Judæi diligentius inſtituunt pueros ſuos, quam Chriſtiani: Ideo & Eccleſia peſsimè habet, quia tota ejus vis in ſucceſſoribus conſiſtit, qui in prima ætate negliguntur.

Lo. 3.5.6. 45. Vult Dominus in duobus coli: amari ut pater in Jeſu Chriſto pro nobis paſſo, ex beneficiis præteritis, præſentibus & futuris: Timeri ut judex, ex plagis præteritis, præſentibus & futuris.

46. Hoc

46. Hoc agendum eſt cum liberis, non ut paren- Loc. 3.
tes timeant, ſed Deum offendere ſe ſciant, ſi paren-
tes non timeant, ne ad timendos homines ſine Deo
aſſueſcant. Atq; ubi parentes etjam proprios non niſi
Deum timendo timere didicerint, poſtea etjam in ad-
verſis & proſperis non à Deo recedent, timore vel
amore quocunq; vel cujuſcunq;.

47. Vocatio cujusq; ante omnes indulgentias, ora- Loc. 3. 6.
tiones, Eccleſiarum viſitationes, vota quæcunq; &c.
curanda fuit & perficienda.

48. Parentes negligentes peccata filiorum porta- Loc. 3.
bunt, quia faciunt eadem ut ſint ſua. Mare hic plenum
reptilium majorum & minorum occurrit.

49. Apoſtoli non ſunt turbulenti, non fulminant, Fol. 22.
non minantur, ſed leniter ac ſuaviter docent, ita ut Loc. 5. 9.
vel ipſa dicendi gratia permovere debeant ad ſervan-
da ea quæ docent, nedum utilitate rerum quas do-
cent, ac ſolum docere intendunt.

50. Aut ſubdita ſit uxor, aut non nubat: ſi non
vult habere Dominum, deſiſtat accipere virum, quia
ſic Deus in Apoſtolis & ſcripturâ ſuâ præcipit & or-
dinat.

60. Videte niſi mutaveritis (loquitur de luxu ve- Fol. 23.
ſtitus inprimis muliebris) non ceſſabit ſed creſcet Lo. 3. 4. 9.
exactio, de quo vos volo certificare, quia iſtâ fini-
tâ veniet major alia, quia ſic provocaſtis Deum &
provocatis.

61. Facile contemnit externum cultum qui ſtudio- Loc. 3. 6.
ſus eſt interni: neq; exterior ita placeret, niſi inte-
rior diſpliceret, & contra: neq; poſſunt uterq; ex
æquo curari.

62. Op-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. 3. 62. Optimo vocabulo tam græci quam latini ornatum muliebrem appellant mundum, quia eſt quaſi mundus quidam & congeries rerum variarum. Quis non horreat uxorem ducere? An ſignificas quia invitam habes caſtitatem? Quis non habeat ſuſpectum hoc votum placendi?

Fol. 24. Lo. I. 3. 4. 63. Paſsiones concupiſcentiæ quem ſinunt orare, imo aliquod honeſtum agere, cum oratio maxime requirat animum extractum â paſsionibus carnis?

Loc. 3. 64. Ex Eph. 5. Vir diligat, uxor timeat, utrunq; caſtè, caſtus amor deſcendat, caſtus timor aſcendat, hunc inferior ſuperiori, illum ſuperior inferiori debet. Diligat maritus etjam non diligibilia, ut fiant diligibilia, vel ipſis mutatis vel ipſo. Diſsimulanda multa, ignoranda plurima, ut conſtet concordia.

Lo. 3. 6. 9. 65. Res multæ poſſunt tum diligi tum odio haberi, ſecundum quod mutatur animus: ut honor mundi idem manens, diligitur & odio habetur, ab eodem homine, converſo & averſo.

66. Optimus mutationis modus, ubi non res & objectum ſed potentia mutatur. Hoc enim eſt ſtabile: Chriſtianorum eſt hæc mutatio & dextræ excelſi, ſed mundanorum eſt ſolum quærere mutationem objectorum.

Fol. 25. Loc. 3. 9. 67. Superiores etſi premant, ferendi tamen ſunt, non ſecus ac manus Domini prementis peccata noſtra.

Loc. 3. 9. 68. Neceſſariis caremus quia ſuperflua ſtruimus.

Loc. 3. 69. Quatuor priora præcepta reſpiciunt Deum tam in ſeipſo quam ſuis locum tenentibus. Proceſſus: maximum eſt corde, ore, opere abjicere Deum: deinde ore invanum nominare: tandem opere non colere: novis-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

noviſsimum in ſuis vicariis deſpicere, quod licet levius ſit inter quatuor illa, tamen majus eſt quam cætera quæ ſequuntur, eo quod non Deus propriè in illis impetitur, ſed homo & proximus, quem ſex ſequentia reſpiciunt. Mirus ordo & aptus: Incipit prohibitio à majori uſq; ad minimum: Maximum damnum eſt occiſio hominis: Proximum violatio conjugis: Tertium ablatio facultatum: Qui in his nocere non poſſunt ſaltem linguâ nocent, ideo quartum eſt læſio famæ: Quod ſi in iis non prævalent omnibus, ſaltem corde lædunt proximum, cupiendo, invidendo &c.

70. Quando Lex dicitur ſpiritualis, ideo hoc fit, Loc. 3. 6.
non quod ſit myſticè intelligenda, ſicut intelliguntur figuræ & myſteria, ſed quia ſolo ſpiritu capitur & impletur, & ſpiritum requirit, & niſi corde & hilari voluntate impleatur, non impletur. Qualis ſpiritus non Lo. 2. 5. 6.
eſt in nobis, ſed datur per gratiam Spiritus Sancti.

71. Differunt myſticum & ſpirituale, ſicut ſuperius & inferius. Omne ſpirituale eſt myſticum, ſed non contra. Spirituale eſt viva voluntas & motus cordis: myſticum ſæpe ſignificat externam operationem, quæ quoniam ſine ſpiritu & voluntate fieri poteſt, literalis adhuc eſſe poteſt, licet myſtica.

72. Opera hominum in ſcriptura acriter arguuntur, Loc. 2. 3. 5. 6.
quod ſunt ſimilia quidem veris, ſed vera non ſunt, quia opera Dei ſeu opera gratiæ & ſpiritus non ſunt, neq; à novis cœleſtibus Chriſtianis ſpiritualibus ſpiritualiter fiunt.

73. Nemo eſt quin habeat cui iraſcatur, ſi rectè ſe- Fol. 26. Loc. 3.
ipſum conſideret, alioqui falſa erit oratio dominica quæ dicit: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

74. Ho-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

74. Homo aut diligit aut odit proximum ſuum, licet nunc nati ſint neutrales quidam, dicentes, quod poſsint nec diligere nec odiſſe, quibus ne confidas ſuadeo.

Fol 27. Loc. 3. 75. Segnis anima pauca agit, ubi intenta facit plurima.

Loc. 3. 5. 76. Impoſsibilitas per legem cognita gratiam cogit quærere. Lex enim rectè & ſpiritualiter intellecta terret hominem & cogit humiliatum ad gratiam confugere, ac de ſe ipſo deſperantem oculos in cœlum levare. Neq; præcepta ſic tantum ſunt diſcenda, ut ſcias confeſsionem facere, ſed cognoſcendum peccatum, & quid faciendum tibi ſit, & quid à Deo petendum. Ideo enim impoſsibilia Deus præcipit ut miſereatur, & humiliet ad gratiam quærendam.

Præc. 5. 77. Nemo glorietur ſe non peccare in ira contra fratrem, antequam ſe ſenſerit ita mitem & pacatum, ut ſi auferantur ei omnia, pecunia, domus, pater, mater, frater, ſoror, filius, ager, corporis membrum, & ipſa vita, ipſe non ſolum non velit iraſci contra auferentem, ſed etjam gaudere poſsit, & benedicere Deo, ac benefacere hæc facientibus.

Loc. 3. 78. Ita enim purum eſſe oportet hominem, ſecundum legem, ut ne velit iraſci quidem in omnibus malis ſibi illatis, ſed benedicat maledicentibus, & optet plus adverſitatum, ut ſolum peccatum odio habeat, non pœnam, aut probationem &c.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum Theologicorum

DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON VIGESIMUS TERTIUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Petrus Hamerus vocatus ad Sacellanatum Tetenbyllenſem in
Eiderſtadia.

MDCV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX CONCIONIBUS D. LUTHERI ANNO 1516. 1517.

sylvula propoſitionum tertia.

Fol.27. Lo.3.6.9. 1. Colligit Auguſtinus in quinto mandato ſex gradus lædendi. Primus eſt lædere etjamſi non ſis læſus. Secundus lædere gravius quam ſis læſus. Tertius lædere tantum quantum ſis læſus. Quartus lædere non quantum ſis læſus. Quintus nõ lædere omnino quantumvis læſus: Hic gradus, inquit, prope accedit ad præceptum Domini, ſed nondum eſt ibi. Sextus læſus, paratus ut ſis amplius lædi & lædenti benefacias.

Loc 3.8. 2. Non eſt melius, niſi ut ſicut præceptum eſt diligere proximum ſicut ſeipſum, ita quisq; odio habeat ſeipſum, ſicut proximum, ut hic omnia reducantur ad juſtam formam.

Lo.3.8.5. 3. Quoniam vis iraſcibilis homicida eſt & occidit, oportet ipſam quoq; non tantum vulnerari, ſed prorſus occidi & mortificari, & legem talionis in illam exerceri: quod ſola gratia præſtat in effectu.

Loc.3.8. 4. Hæc eſt vera differentia ſpiritualis iræ bonæ & malæ, quod ira mala propter mala pœnæ tantummodo iraſcitur, bona autem ſolum propter mala culpæ, ideo ſibi tantum diſplicet, & ſeipſam odit propter peccata.

Loc. 3. 5. Quod Math. 5. in nonnullis Exemplaribus additur: ſine cauſa: per B. Hieronymum jubetur eradi, quod omnis hic iræ occaſio tollatur, neq; in veris libris haberi dicit illam particulam.

Loc. 8. 6. Examen de quolibet præcepto ſervato vel non ſervato haud incommodè ad quatuor ferere vocari poteſt: ad opus, verbum, ſignum, cor: infra.

7. Fomes

BIBLIOTHECA REG. HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

7. Fomes non tollitur per confeſsionem, neq; per baptiſmum. Fol. 28. Loc. 7. 8.

8. Præceptum Dei plus requirit quam poſſumus. Ergo injuſte damnat? Non: ſed ideo præcipit, ut miſereatur, & humiliet ad gratiam quærendam. Lo. 3. 5. 8.

9. Quod homo non eſt perfectus ſicut debet eſſe, peccatum eſt, ſed aliis imputatur, aliis non imputatur. Imputatur iis qui ſtant, qui peccatum non agnoſcunt, non odio habent, ac per hoc diligunt, & fœdus cum gentibus Cananæis ineunt. Non imputatur eis qui pugnant, hoc eſt, qui ſtudio aſsiduo illud expugnant. Ideo non imputatur eis, licet ſit in eis, atq; ita non eſt in eis, quod eſt in eis. Habitat in eis, ſed non regnat in eis, ſicut Jebuſei inter filios Iſraël habitabant ſed non regnabant. Rom. 7. Scio quod non hab. &c. Rom. 8. Nulla nunc eſt damnatio &c. Gal. 5. Qui ſunt Chriſti carnem crucifixerunt &c. Lo. 4. 5. 8.

10. Paſsio & mors Chriſti ſignificat mortem veteris hominis ac totius Adam, qui licet non ſubito occidatur, tot tamen alapis, colaphis, flagris, ſpinis, tandem clavis pungendus & fodiendus, donec expiret inclinato capite. Hoc caput eſt ipſe fomes, intima radix peccati & concupiſcentiæ, qui non occiditur, niſi multis adverſitatibus fractus tandem quieſcat mortuus. Non enim niſi alia ſeu nova generatio terram promiſsionis intrabit. Loc. 4. 5. 6. 8. 9.

11. Prohibitiones Decalogi non tantum intelligantur de tempore quietis, ſed maximè referantur ad tempus paſsionis, adverſitatis, tentationis & probationis, ut homo ibi agnoſcat ſpiritum ſuum & carnalitatem ſuam, ut dum ſenſerit ſe rapi violenter ad peccandum, & non invenit in carne ſua bonum, gemat pro gratia ſanitatis. Loc 3. 4. 9.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. 4. 5. 12. Verum eſt, quod ille peccat, qui non occidit, exiſtens extra gratiam: Non autem peccat, quod non occidat ad literam, ſed quia intus occidit corde in ſpiritu, quia cum ſit ſine gratia, non poteſt eſſe ſine fomite peccati.

Fol 29. Loc. 3. 13. Præcepta (niſi corticem ſyllabarum teneas) male ita diſtinguuntur, quod quædam tantum ſint negativa, quædam affirmativa, cum negativa ſecundum literam exprimat ſimul vehementiſsimam affirmativam. Negativa autem in ſcripturis ideo ponitur, quia affirmativa non eſt tam vehemens.

Lo. 2. 3. 6. 14. Gratia in faciendis præceptis opus eſt non tantum propter Deum intendentem præcipiendo, ſed propter carnalitatem noſtram impotentem faciendo.

Loc. 8. 15. Vult Deus glorificari nomen ſuum humili ignominiæ noſtræ confeſsione.

Loc. 4. 5. 16. Calx apparet frigere ac ſine calore, ſed affuſa aqua furit ardore, ſolo autem oleo quietiſsimè extinguitur: Sic homo aduſtus fornace paternæ concupiſcentiæ occultā habet radicem peccati, quæ erumpit data occaſione ſeu tentatione, nec ſanatur, niſi per oleum gratiæ.

Fol. 30. Loc. 3. 17. Etjam verum fit mendacium, dum non ubi, quomodo, quando, cui, quantum dici debet, dicitur.

18. Vide inſignem & prolixam explicationem locor. Iac. 1. & 3. de malo linguæ.

Loc. 4. 8. 19. Qui contra concupiſcentiam, immunditiam & malitiam pugnant, non ſine illa tamen ſunt: Habent eam, qui non pugnant, ſed obœdiunt.

Loc. 3. 4. 20. Concupiſcentia cauſa eſt, irarum inter homines. Ideo enim invicem iraſcuntur, quia alter alterius concupiſcentiam impedit.

21. Ira

21. Ira eſt abundantia & ſuperfluitas quædam ſpi- Lo.2.3.4.
ritus, ſicut fœda corporis ſuperflua ſunt. Concupi-
ſcentia eſt ſordities animæ & corporis.

22. Magiſtros fieri non eſt malum, ſed quod multi Loc.9.
volunt fieri, id eſt, quod volunt eſſe diverſi, neuter neutri audiens, hoc eſt quod majus judicium ſumunt. Jac. 3.

23. A lingua propria non minus cavendum quam Loc 3.4.
ab inimico maximo, & quo eſt minor, eo nocentior, minor in re, ſed maximus in virtute, nec quicquam facilius lædit conſcientiam, quam lingua. Ecce quinq; ſenſus velut quinq; naves natant in rebus iſtis corporalibus & ſenſibilibus, & inferunt in memoriam res innumerabiles. Nec tamen tot inferre poſſunt, quin una lingua plus efferat, ſæpiſsimè loquens conjecturas, ſuſpiciones, opiniones, ſomnia temeraria, frivolè ficta, quæ nec ſunt, fuerunt, nec erunt. Et quo quis vanior eſt, eo plus vult loqui. Parcus in verbis, largus in opere.

24 Vita noſtra rota volubilis eſt ex Ja. 3. Loc.2.10.

25. Si homines attenderent, quod maledicendo Fol 32.
hominibus, Deo quoq; maledicunt, cujus opus & fa- Loc. 2. 3.
cturam maledicunt, utiq; non ita prompti eſſent maledicere.

26. Quod aliqui dicunt rancorem dimittendum, Loc. 3.
ſed non ſigna ejus, melius ſic poneretur: Signa rancoris aliquando utile eſt exhibere, non quod ſint ſigna rancoris, ſed illis ſimilia, alioqui nullo modo retinenda. Unde adhuc optimè diceretur, quod ſigna charitatis aliquando omittere & ſigna iræ exhibere oporteat, ex zelo nimirum bono, ubi penitus iraſcendum ex corde eſt, non tantum ſigna exhibenda.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. 1. 4. 5. 6. 8. 27. Sicut Deus largius benefecit poſt peccatum humano generi, quam ante peccatum fecit, eo quod filio proprio non pepercit: Ita conciliati non tantum ſigna etjam ponant cum ira, ſed eo magis contraria exhibeant & largiora ſigna, quam ſi non fuiſſent offenſi, Deum patrem ſuum imitantes.

Fol. 33. Loc. 4. 10. 28. In hoc monſtro (ira implacabili) videtur quid ſit futurus infernus, & quid ſit præſens mundus, ſcilicet regnum Diaboli, in quo tantum malum invenitur in hominibus, contra naturam & naturale proprium dictamen pertinaciter obdurans.

Loc. 3. 29. Bona natura hominis in hoc notatur, ſi cito obliviſcitur offenſæ, & beneficii ſemper meminit, adeo ut non ſinat ſibi libenter benefieri: mala contra.

Lo 3. 8. 9. Math 18. 1. Cor. 5. 2. Theſ 3. 30. Quando licet ſigna oſtendere aſperitatis? Lapſus moneatur: Si toties monitus nolit deſiſtere, non ſolum licet ſed oportet ſigna iræ in illum oſtendere. Verum diſcerne, utrum ideo ſic facias, quia te læſit, vel quia peccatum fecit. Si enim Deum plus diligis, quam teipſum, debes iraſci magis quod Deum læſit, quam te: deinde æquè miſereri, quod ſeipſum pejus læſit intus, quam te foris. Quibus conſideratis facile doceberis, quomodo & quo corde ei ſigna charitatis neges vel non neges. Ne te tamen fallat cor tuum, proba & vide, an tantum doleas & movearis, ſi alium lædat, quantum quia (ſi) te. Si illic non moveris, ſignum eſt quod teipſum vindicas & quæris, non autem mederis.

Loc. 3. 6. 31. Charitas omnia cito videt & facit, quæ ſi deſit, nihil eſt, quod ſatis doceri poteſt.

Loc. 3. 4. 5. 10. 32. Quodlibet præceptum multos habet gradus, & in ſingulis gradibus adhuc plurimi ſunt gradus, & ideo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ideo nullus eſt in hac vita, qui nõ ſit in aliquo illorum. Ad gratiam ergo Chriſti fugiendum eſt, ut de ſua plenitudine noſtrum ſuppleat interea defectum, donec & ipſi perficiamur.

33. Breviſsimum verbum in Decalogo, ſed latiſsima ſententia, quæ ad quatuor utplurimum reduci poteſt, affectum, ſignum, verbum, opus. Quemadmodum Chriſtus Math. 5. hoc pacto quintũ præceptum interpretatur, de ſexto autem agens gradum eum tantum ponit qui eſt in corde, relinquens ex præcedenti eandem graduum fieri diſtinctionem. Loc. 3.6.

34. Gradus peccatorum variantur, & ſunt invicem excedentia & exceſſa, ſecundum quod circumſtantiæ mutantur, & operum ſunt differentiæ. Fol. 34. Loc. 3. 4.

35. Lex lux eſt qua lucente videmus innumerabilem miſeriam humani generis, quia ex quolibet præcepto cognoſcitur quid ſit homo, mundus & caro, & quantum à Deo ſimus remoti: Si nulla alia eſſet cauſa quare nunquam gaudere deberemus, ſed ſemper lugere, hæc ſola ſatis eſſet, ſi hominum vitam cum ipſis præceptis Dei ante oculos compararemus, viſuri quod genus humanum ſit miſerrima perditionis maſſa, & mundus horrenda Lerna, & inferno proxima, imo vere infernus eſt in mundo. Cognitio autem infelicitatis ſuæ non parvus eſt ad beatitudinem acceſſus. Loc. 2. 3. 4. 8. 10.

36. Differentias operum contra ſextum præceptum fideliter explicatas diligenter lege, & ad reliqua accommoda. Loc 3.

37. Peccant non tantum qui faciunt, ſed & qui fovent, auxiliantur, conſulunt, non reſiſtunt, connivent, rident, probant, occaſionem dant permittunt, Loc. 3. 4.

 hoſpi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

hoſpitantur, non monent, non corripiunt, non pro eis orant, non compatiuntur animæ eorum &c.

Lo.2.4.5. 38. Caro noſtra duplici vulnere eſt graviſsimè percuſſa, quæ vulnera per præcepta nobis manifeſtantur, ſed per gratiam ſanantur: offenſibilitas, & concupiſcentia, quarum hæc illa tanto eſt prior, quanto minus dolet & affligit, imo delectabiliter movet. Ante peccatum nihil erat quod offendebat, nihil quod libebat. Nunc autem utrumq;.

Lo.2.3.4. 5. 8. 39. Titillatio peccati, licet jucunda & ſuavis ſit, eſt tamen ignitiſsimus ſerpentis antiqui morſus, horribilem conſcientiæ paritura confuſionem & amariſsimam amaritudinem. Reſpiciat igitur morſus ad ſerpentem æneum Num. 21. hoc eſt ad Chriſtum crucifixum, quærat gratiam, & gemat ad Dominum ut ſanetur. Nam hinc redditur ratio, cur Dominus non contentus, quod per ſeipſum homo pronus ad malum, adhibet tentatorem & impulſorem Diabolum, ſcilicet, ut quia homo negligens eſt in quærenda ſanitate ſua apud Deum, ideo urget eum tentationibus, ut cogat eum quærere miſericordiam & gratiam Dei, & ne forte in donis ſibi datis extollatur.

Fol. 35. Loc. 2. 4. 40. Ubi ſunt qui liberum arbitrium jactant? cur non ceſſant ſtatim ut volunt? imo cur non volunt nec poſſunt velle? Sed neq; poſſunt, neq; volunt, eo quod voluntas eorum jam alio eſt rapta & captiva ducta.

Loc. 3. 4. 5. 8. 41. Sapientiſsima Dei miſericordia nos mirabiliter deducit, dum ex veneno ipſum venenum expellit, & de ipſa titillatione peccati nobis efficit emplaſtrum virtutis, ſeu contra peccatum, dum illam ideo ſinit irruere, ut homo eam ſentiens gemat, lugeat, gra-

tiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

tiam quærat, & ſic eo majorem affectum non peccandi ſeu virtutis acquirat.

42. Caſtitas ſicut & omnis alia virtus viva, ita eſt abſcondita, ut non poſsit cognoſci ab eo qui habet, ſed à ſolo Deo, qui omnem vitam ſanctorum ita profundè abſcondit, ut ipſi eam ſcire non poſsint. Igitur ſic viva et vera gloria juſti eſt in ignominia, vera ſapientia in ſtultitia, vera quies in tribulatione, verum gaudium in luctu, vera libertas in captivitate, veræ divitiæ in paupertate: Ita & vera caſtitas eſt in luxuria, & quo fœdior luxuria tanto ſpecioſior caſtitas. Heu quod hæc ſapientia hominibus incognita quantum damnum facit. Lo.4.5.6.

43. Spiritualis homo, id eſt, affectus, amor, conatus &c. bene operandi in renatis manet, & ſervat caſtitatem, licet exterior in membris & corde miras excitet procellas: in qua pugna non ſecus agitur, quam ſi navicula in mari jactetur fluctibus dormiente Chriſto in illa. Curandum eſt ergo ſolum ut ipſe ſuſcitetur, & imperet mari (id eſt, carni) & vento (id eſt Diabolo.) Lo 2.3.4.5.6.

44. Multi ad Sacramentum accedere nolunt, niſi non ſolum quieti ſint ab inclinationibus, ſed etjam ab ipſis objectis turpibus: nimis ſtulti obſecutores diabolicæ fraudis & nequitiæ, cui reſiſtendum eſt, & eo magis ad Sacramentum currendum pro gratia & auxilio. Loc. 7.

45. Sic utitur Dei miſericordia & bonitas malo noſtro, ut per ipſum magis promoveat bonum noſtrum, ut omnia cooperentur electis in bonum, etjam peccata: Hoc totum, ut vitam & gratiam quæ in nobis eſt abſcondat & tegat, ne cognitis contenti tepeamus, Lo.1.2.4.5.6.9.10.

mus, ſed potius ignoratis eis, tanquam pro non habitis magis ſuſpiremus & gemamus. Sæpe virtutes tunc maximè donantur, quando denegantur, & tunc adſunt, quando nimis abeſſe putantur, neq; aliter tunc poteſt homo credere, quin abſint & ſit perditus. Inde procedit gemitus, odium ſui, deſiderium earum & imploratio. Tunc humilibus Deus dat ſuam gratiam, quam poſtea iterum abſcondit & aufert, ut addat majorem, ſemper ſub contrario abſcondens contrarium. Hæc eſt ſapientia quæ trahitur ex occultis, & eſt in abſconditis. Ejusmodi virtus aurea eſt reſpectu ejus quæ ſine malis cogitationibus eſt, & expers tentationum. Sicut manſuetudo & patientia extra irritamenta qualis eſt? Quies autem futuræ vitæ eſt.

Loc. 3. 6. 46. Virtus eſt periculoſa ad ſuperbiam dum patet, ad lapſum dum latet, utrobiq; periculum, ſed ibi majus quam hic.

Fol. 36. Loc. 1. 4. 5. 6. 47. Pſal. 137. Beatus qui tenebit & allidet parvulos ad petram &c. Petra eſt Chriſtus, parvuli noſtri ſunt mali motus, mala deſideria, quæ cum quis ſenſerit quid faciet? quomodo vincet? Audi, non aliter, niſi eos ad petram allidendo. Quomodo hoc? Quia ſicut qui manu ad lapidem terit vermiculum, ſic voluntate & cogitatione tangendo Chriſtum, ſtatim conteritur mala cogitatio. Solum tenta & videbis, quam jucundum ſit ſic deſideria conterere: Statim enim ut cor paſſum Chriſtum tangit, omne malum recedit. Qui autem parvulos ſuos ſinit creſcere, in magnos gigantes inveteraſcere, & confortari, quomodo tunc allidet, & non potius allidetur?

Fol. 37. Loc. 3. 4. 48. Delectantur multi recitatis hiſtoriis lapſuum, religioſorum & magiſtratuum, quorum eo jucundius

reci-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

recitantur vitia, quo efficacius & licentius præbent exemplum imitantibus. Debebant autem Chriſtiani non ſecus dolere, quam ſuper proprio caſu, imo quo altior eſſet ſtatus, eo magis gemere & Deum pro eis orare. Ut taceam quod aliena vita ac fama polluitur detractione iſtâ graviſsimâ.

49. Vulnus quod facit homo ploratur. Quod facit Satan ridetur & dulciſsimum habetur. Beatus autem ille qui intelligit & advertit eſſe vulnus amariſsimum, ſicuti verè eſt. Nam licet ejus amaritudo non ſentiatur, ſentietur tamen inæſtimabiliter tandem in conſcientia. Loc. 2. 4.

50. Macula in purum & tenerum pannum cadens tenacius hæret, quam in impurum aut rudiorem. Sic ætas mollis & inexperta facilimè polluitur, & tenaciſmè ſervat hauſta. Fol. 38. Loc. 3. 6.

51. Sacrificium gratiſsimum Deo eſt zelus animarum. Loc. 6.

52. Semen jactum radicat in corde etjam invito. Loc. 4.

53. Juventutis neglectio & corruptio Eccleſiæ eſt ruina, quæ ſi unquam debet refloreſcere, neceſſe eſt, ut à puerorum inſtitutione exordium fiat. Proleg. Loc. 3.

54. Stultiloquium & ſcurrilitas nunc apud honeſtiſsimos & religioſiſsimos adeo dominantur, ut eo ipſo velint honeſti videri, quod ſtultiloqui & ſcurriles ſunt. Verbum ocioſum eſt in quo nihil eruditionis eſt & ſcientiæ, ſeu quod ad rem non pertinet, Paulo interprete. Non niſi utilia aut neceſſaria ſunt dicenda.

55. Facetia talis, quæ fit, ut triſtes atq; tentati in ſpiritu recreentur, laudabilis eſt: Verum quæ fit ſine cauſa tantum ad conſolatiunculã vanitatis & carnis, Loc. 3. 6.

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

non convenit Chriſtianis, præſertim cum hujus ſemper non ſit niſi levitas cauſa, & ſola libido fabulandi atq; ridendi moveat ad illam. Nugari, teſte Aug. cum amicis parum eſt Chriſtianum, quod Chriſtianorum res & verba habere debeant ſolida & magna ſeria, plenamq; gravitatem & autoritatem. Fit hæc evtrapelia tanto pejor, quanto fit in rebus ſacratioribus, cum ſacris ſcripturæ dictis importuniſsima levitate ridiculè & jucundè torquentur ad vanitatem, quibus verbis ſumma & reverentia & terror debetur ſemper & ubiq;.

Lo.2.3.4. 56. Nullus ſenſus tam facile & tot objectis irritatur, nec aliorum ſenſuum aliquis tam atrociter vulnerat

Fol.39. animum, ut viſus. Vide prolixè. Mira miſeria eſt, quod ſenſus proprii ſunt tam noxii nobis, ut etjam hoc ſenſu inimici hominis domeſtici ejus. Quid enim facit oculorum curioſitas, niſi quod adverſus animam pugnat? eamq; in legem peccati captivam ducit?

Fol.40.
Loc. 4. 57. Mundus eſt mundus, imo immundus & inimicus Dei. Nec eſt quærendum bonum, quod Deo placeat in mundo. Peccatum ſuper peccatum ibi viget & urget, ira Dei ibi cernitur intenſa nimis, & tamen ridetur, ſaltatur, gaudetur, tanquam in rebus parum nocentibus, imo bonis & utilibus.

Lo.1.3.4. 58. Concupiſcentia jugiter eſt mortificanda, gemi-
6.8.9.10. tu, vigiliis, labore, oratione, humiliatione, & aliis partibus crucis, tandem ipſa morte.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXIV.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Nicolaus Andreæ vocatus ad Paſtoratum Rickelsbyllenſem in præfectura
Tunderenſi.
MDCV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX CONCIONIBUS D. LUTHERI IN DECALOGUM

primis συζήτησις quarta & ultima.

Loc. 3. 4. Fol. 40. 1. Præceptum quintum prohibet offenſionem proximi in propria ipſius perſona: Sextum in perſona ſociali eademq; carne: Utrumq; tam in opere quam corde, tam affectu quam effectu, affirmativè & negativè, intus & foris, prorſus ſine omni tam amaritudine iræ, quam dulcedine concupiſcentiæ. In ſeptimo prohibitio ſequitur offenſionis in rebus proximi ſenſu eodem.

Fol. 41. Loc. 3. 2. Coram Deo quicquid agit voluntas facere dicitur, etjamſi opus non ſequatur, ideoq; in explicatione præceptorum in totam latitudinem operum eundum eſt, quæ cupiditas perficit.

3. Tolle meum & tuum, & nullo jure opus fuerit.

Loc. 3. 4. Furtum eſt rei alienæ uſurpatio domino invito & ignorante. Quod ſi ſit in rebus privatorum, eſt furtum ſimplex: Si in rebus ſacris, ſacrilegium: Si in re publica, peculatus: Si in ablatione jumentorum & pecorum, abigeatus: Si in ablatione hominum, plagiatus ſeu plagium.

Loc. 3. 4. 5. Adulterium hodie mitiſsimè plectitur magna certè iniquitate. Furti intenſa pœna quæ potius laxari debuit, quam adulterii, maximè furti quod inopia corporis facit & penuria victus.

Loc. 9. 6. Superſtitioſiſsimus eſt Præſidentium rigor, qui nihil ita execrantur, ut recularum ſuarum, redituum, poſſeſsionum, auri ſcilicet & argenti (cum tamen eadem

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

dem ſit res ſacra & profana quoad precium & uſum)
Hic ſunt centies argi & vigilantiſsimis vigilantiores. Verum quod interea tot millia negliguntur animarum, quod ſtupris, adulteriis, reliquisq; libidinum portentis, totam fœdant Eccleſiam, præter inſatiabilis avaritiæ avernum, cum ſimoniis ſuis ac dolis & fraudibus infinitis nemo punit, ſed potius honorantur qui faciunt. Certè credo verum, quod Deus ſibi vindictam ſervat eo duriorem in graviſsimis, quo ipſi graviorem exercent in levioribus, non parcentes, ne ipſis quoq; parcatur apud Deum.

7. Ut vermis in pomo vel nuce totum intus vaſtat: Loc. 3.
ita uſurarius ſubſtantiam civitatis devorat miris & occultis modis.

8. In omni tractatu neceſſarium eſt unicuiq;, ut pro- Loc. 3.
ſpiciat prius, quomodo ſecum vellet agi, ſi eſſet in alterius loco, ita faciat & ipſe, & tutus erit. Hæc vocatur lex naturæ, ſed ſanæ & incorruptæ, quæ idem eſt cum charitate. Hanc regulam qui præterit facile fraudem perficit etjam antequam advertat. Contra hac regulâ obſervatâ facile quivis erudietur, quid & quomodo agere debebit in quocunq; caſu latiſsimorum & perplexorum negociorum.

9. Quotidie fraudes excogitantur novæ ut ſit periculi res pleniſsima cum hominibus agere: lucem vertunt in tenebras, & tenebras in lucem. Et fallendi uſu mutuo nec emtor venditori, nec venditor emtori credit primis verbis.

10. Ex Pſal. 76. Avari ſunt viri divitiarum, ut Fol. 42.
poſſeſſos viros, poſsidentes divitias intelligas: illi ſervant, iſtæ ſervantur: ideo illi ſervi, iſtæ domini. Nihil prodeſt ſi aliena non cupias, tua autem impiè

diligas. Ita enim etjam in propriis rebus fur & avarus quis eſſe poterit, dum nimis tenaciter diligit ſua.

Loc. 1. 3. 5. 6. 11. Animus æquus neuter eſſe debet in bonis, quibuscunq;, ſi abeunt ne triſtetur, ſi veniant ne lætetur. Hoc autem vitiata natura non habet, ſed oportet illud in Chriſto haurire, qui pro nobis pauper factus eſt.

Loc. 3. 6. 12. Hoc habet charitas, quæ ſola eſt impletrix legis, ut non ſolum longiſsimè abſtineat à rebus proximi, ſed etjam proxima fiat, conferendo res ſuas, ſi poteſt commodè.

Lo 3. 4. 8. 13. Lege quæſtionem de luſoribus, qui ſaltem propter lucra ludunt, an ſint fures, & ad reſtitutionem teneantur? Prius affirmat (coram Deo) Poſterius negat, concludens optimum fore jus, ut viſcus Principis utrisq; tolleret lucrum. Et quia in iis non eſt facta injuria proximo, ſiquidem non uſurpat lucrator rem alienam invito Domino, ſed conſentiente per pactum ludi: ſed Deo & legi: ideo tenetur ad reſtitutionem non rei acquiſitæ, ſed voluntatis ſuæ malæ, quam ibi explevit, quod fit per contritionem & pœnitentiam.

Loc. 3. 9. 14. Olim trahebantur fugientes ad ſacerdotia, ideo à populo diligebantur: nunc irruunt retrahente populo, ideo odio habentur. Vide de præbendis & beneficiis Eccleſiaſticis, eorumq; collatione & abuſu.

Fol. 43. 15. Juſtæ emendorum redituum cauſæ. 1. Si ſint ſenes, pueri, infirmi: 2. Si ſint alio labore occupati, ut qui verbo Dei vacant, communitati & alienæ neceſsitati ſerviunt &c. Non ergo illi ſunt ſecuri, qui tantummodo ſibi ſerviunt cenſibus emtis.

Loc. 3. 6. 16. Si Deus unicuiq; ſecundum ſuum laborem redditurus eſt, quid recipient ocioſi, qui pecunia ſua

non

non niſi ad lucrum, lucro non niſi ad ocium, ocio non niſi ad delicias, deliciis non niſi ad peccatum abutuntur?

17. Lingua quam Apoſtolus Jacobus mundum iniquitatis appellat, omnium poſt cor membrorum eſt peccaminoſiſsimum, nec ullum membrum tot ſpeciebus peccat excepto corde, quod omnibus ſpeciebus peccat. Loc. 3.

18. Aptare Dei verba propriis ſenſibus & in ſui obſequium captitare, pervertere & falsè exponere in iis quæ pertinent ad fidem & ſalutem, tam magnum peccatum reputatur apud Deum, ut nullum aliud in ſcripturis frequentius acriusq; arguatur. Neq; excuſantur, quod dicant, ſe hoc facere pia intentione & zelo Dei, imo eo magis accuſantur, quia ex ſuperbia procedit iſte zelus, quod doceri nolunt & audire, ſuiipſius magiſtri facti, ſecuri de tali zelo, quaſi non errent, & propterea obſtinati, quod bona intentione & voluntate pia omne opus definiunt & juſtificant. Proleg. Loc. 1. 3. 5. 9.

19. Falsè dictum occidit animas, aut ſaltem diſcruciat infelices conſcientias. Proleg. Loc. 3. 9.

20. Vera bona intentio, & radicaliter bona voluntas, nunquam ſtat ſecura, & ſine timore. Veretur enim omnia opera ſua cum Hiob, imo verba & cogitata, ideo nulli adhæret bonæ ſuæ voluntati & piæ intentioni, ſemper paratior aliis credere, quam ſibi credere, quantumcunq; ſpecioſiſsima ſit intentio. Quo timore fit, ut nihil novi moliatur, ſervet unitatem, cuſtodiat pacem, & augeat concordiam. Loc. 3. 4. 6. 8. 9.

21. Crucifixores ſunt conſcientiarum & tortores animarum juſtitiarii, qui ſalva fide Chriſti juſtitias operum docent, quibus ſatisfiat pro peccatis. Per Loc. 5. 6.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

opera enim nemo habet quietem conſcientiæ, quam ſola fides Chriſti donat.

Prole-gom. 22. Scriptura ſancta vult in timore & humilitate tractari, & magis ſtudio piæ orationis quam acumine ingenii penetrari: ideo impoſsibile eſt ſine periculo & damno vel ſuo proprio vel aliorum quos docent eſſe eos, qui nudo ingenio freti in eam irruunt illotis pedibus, tanquam ſit humana quædam ſcientia, adeo nullo reverentiæ diſcrimine verſantur in illa. Inde veniunt tot promptuli ad docendum, qui ſtatim cognita Grammatica Theologiam ſine omni ſtudio profitentur, dicentes biblia rem facilimam, maximè qui diſtenderunt ventrem ſuum ſiliquis philoſophorum. Hi, ut queritur Hieronymus, arbitrio ſuo trahunt repugnantem ſcripturam, ut jam proverbium factum ſit, ſcripturam habere cereum naſum.

Proleg. Loc. 5. 23. Inſulſi & inepti ſomniatores ludentes in ſenſu literali, allegorico, morali, anagogico: nomine propriiſsimo & vero vocantur doctores Scholaſtici. Scholaſtici enim ſunt, id eſt, ludicri & luſores, imo & illuſores tam ſui, quam aliorum: qui neq; quid ſit litera, neq; quid Spiritus cognoverunt. Ferendum erat tale ſtudium in quadruplici illa expoſitione ſcripturæ, ſi modo tanquam rudimenta haberentur pro incipientibus: Nunc vero totius faſtigium eruditionis in iſto ludo ſtatuunt, nec unquam ad verum intellectum perveniunt, qui ſine pietate & puritate cordis nunquam poteſt attingi. Fol. 44. Illam autem quadrigam verſant etjam impiiſsimi.

Loc. 3. 24. Peccant contra præceptum octavum Juriſtæ, quando in Labyrintho ſuo, ideſt foro contentioſo, nihil aliud quærunt, quam victoriam, omnia allegant,

gant, quærunt, accipiunt, quæ pro ſe faciant contra partem adverſariam, ubi novo miraculo unus & idem textus ſervit contrariis cauſis: Et factum eſt hoc ſtudium periculis pleniſsimum.

25. Sed, dicunt, nemo tenetur ſeipſum confiteri & accuſare. Quid autem dicit Dominus: Non loqueris falſum teſtimonium adverſus proximum tuum? Hoc pro te allegas, quod contra illum eſt, quem ſcis juſtam cauſam habere.

26. Etſi autem intellectus juris eſt infinitus & inexhauſtus, unde privilegio magno de ſuis rationibus, tanquam de re non intellecta judicandum aut contra loquendum non eſſe dicunt: Unum tamen conſtat, quod & ipſa habent jura, licet neglectiſsimum, ſcilicet, quod finis, vita, virtus omnium legum eſt pax, charitas, concordia: quæ ſi quis non intendit, legibus non utitur ſed abutitur. Qui enim ideo quærit effugium in gloſſa contra textum, ut litem proroget & augeat, putasne vivam legem habet? Imo literam mortis quærit, & contra pacem laborat. Quod ſi tantum pacem quærerent, quantum litem, non tot libris, laboribusq; foret opus.

27. Noli igitur in faciem verborum intendere, nec quo et quomodo ea poſsis torquere & ponderare, ſed vide quo ipſa reſpiciant, nempe ad finem litis & jurgiorum mortem.

28. Lege de artiſtis ſeu ſophiſtis, qui ſeſe per Philoſophiæ Ariſtotelis falſiſsimum nomen decipiunt & fatigant, cum Ariſtotelem neq; intelligant ipſi, neq; doceant: falſis interea & fictis commentariis pias in Chriſto animas occupant & onerant, imo illudunt potius, dum credunt hoc eſſe Philoſophiam, quod Proleg. Loc. 3.

non eſt, meraſq; ſectantur nugas, ipſis Poëtis & fabulatoribus infeliciores. Poëtæ enim, etſi recitent fabulas, non tamen credunt eas eſſe veras: Illi autem credunt veras eſſe ſuas fabulas. Verè ſumus ſeducti per Ariſtotelem & commenta ejus. Atq; ſi aliud non eſſet, hoc unum ſatis erat argumenti, quod tot ſectæ & capita ſint in iſta beſtia gentili, ſimili Hydræ in Lerna: Nam ibi ſunt Thomiſtæ, Scotiſtæ, Albertiſtæ, Moderni, & factus eſt quadriceps Ariſtoteles, & regnum in ſe diviſum, & mirum quod non deſoletur.

Auguſt.

29. Vide & lege de ſomniatoribus, qui prædicant falſa miracula, mendaces legendas, oſtentant fictas reliquias, viſiones ſuas frivolas. Hi loquuntur falſum teſtimonium, non contra homines, ſed contra Deum, & ſanctos jam regnantes, quales ſunt indocti paſsim Sacerdotes, ſed plus monachi ſtationarii multiplicant, & delectantur paſtores non parum fabulis legendarum, & omnium quæ lucroſè dici poſſunt, præter Evangelium, quod hinc negligitur.

Proleg. Loc. 3.

30. Opus hic eſſet maximâ reformatione Eccleſiæ, ut prorſus nihil quantumcunq; pium & bonum prædicari permitteretur, niſi quod authenticum eſſet. vide.

31. Mendacium triplex eſt ſecundum B. Auguſtinum, jocoſum, officioſum, pernicioſum.

32. Jocoſum propriè non eſt mendacium, quia ſtatim quale ſit percipitur, & nemo fallitur, & qui loquitur, intendit ſic loqui, ut appareat falsè loqui & nugari. Eſt autem peccatum, ſi ſit turpiloquium ſeu ſcurrilitas & vaniloquium, vel aliqui plane rudes eo fallantur, maximè quando in religionibus fit iſte jocus.

33. Of-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

33. Officioſum quod cauſa officii ſeu obſequii fit ad ſalutem & utilitatem dicentis vel alterius, ſine damno alicujus. Negat Auguſt. eo utendum, ſed verum dicendum, quantum poteſt, aliis verbis. Conſiderandæ tamen cauſæ & circumſtantiæ &c. Fol. 45.

34. Mendacium maximè contra naturam hominis, cum nihil malit quam ſcire, nihil magis nolit quam falli. Et aliis vitiis cum multis beſtiis homo convenit, hoc autem eas ſuperat cum diabolo, quod ſolus homo mendax eſt & diabolus pater ejus. Hinc credo, quod inter omnia convicia nullum ſit acrius, quam ſi quis dicatur in faciem mentiri, quod maximè urit, puto quod natura ideo facilius ſentit, quia innaturaliſsimum eſt vicium homini, deniq; maximus humanæ ſocietatis hoſtis. Lo.2.3.4.

35. Adulationis vicio nullus hominum vacuus eſt, niſi ſit qui cito velit occidi & omnium odia mereri, puta, qui recta cordis inſtitutione nulli tacet veritatem. Aut adulandum eſt mundo, aut odium ſuſtinendum à mundo. Loc. 3.9.

36. Non eſt nocentior peſtis regnorum & provinciarum, quam adulator in aula. Neq; eſt in mundo locus, à quo adulatio debeat abeſſe longius: Et tamen nuſquam eſt frequentior & potentior. Quid querimur de bellis, aut gladiis, aut armis? Adulatoris lingua ſuper omnes gladios eſt. Loc.3.9.

37. Sanctiſsima jura roſæ patiuntur conditionem, ex qua colligit mel apis, venenum aranea: venenum iniquitates defendens, mel juſtitiæ patrocinans: idq; ex eodem textu juris. Loc. 3.

38. Regulæ patronorum forenſinm duæ: vigilanti jura ſubveniunt; Et, confugiendum eſt ad reme-

dia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

dia juris: nec malæ ſunt, nec falſæ, ſed fere nunquam bono uſui ſerviunt, cum earum prætextu opera detur, quomodo ex cauſa peſsima faciant optimam, & ægrotanti remedia juris adhibeant. Et hoc eſt vigilare eorum.

Loc. 3. 6. 39. Quomodo illud Math. 7. Quod vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis: conſilium eſt & non præceptum? quoniam Chriſtus ſtatim addit: Hæc enim lex & Prophetæ? Nunquid lex eſt conſilium? ergo nullum reſtat præceptum? nulla lex? Quid hinc ſequitur, niſi quod & Chriſti & naturæ legem
Fol. 46. obliti, in mediis agamus tenebris? Salutaria Chriſti præcepta nobis in conſilia mutaverunt dicentes, quod ſecundum præparationem intelligenda ſunt animi, & non attendunt, quod aſsiduè veniunt caſus præparationem illam in opus extendendi, & tamen non faciunt.

Lo 3. 4. 9. 40. Vide potentiſsimam Dei ſapientiam, & ſapientiſsimam potentiam. Jota non præteribit de lege, donec omnia fiant. Per invitos impletur ſæpe mandatum, quod per ſpontaneos non potuit, dum litigantes plura conſumunt, quam alter alteri cedere neceſſe habuiſſet: imo & ſummam ipſam & ſumptus duplo majores perdunt. Sic qui auferenti pallium non dederunt tunicam volentes, coguntur etjam camiſiam illi dare inviti.

Loc. 3. 41. Publicæ perſonæ debent vigilare, ne cui fiat injuria, & vindicare illatam ſi requirantur.

Lo. 3. 4. 9. 42. Cum dicat Apoſtolus: Nemo patiatur ut fur, aut malefactor &c. innocens non debet fateri ſibi juſtè fieri, ſed culpam ablatori denunciare, & penes illum relinquere aculeum conſcientiæ: Sicut ſancti

patien-

patienter omnia ſuſtinuerunt, culpam tamen ad mortem uſq; conſtanter negaverunt.

43. Spiritus Dei paracletus vocatur, quia loquitur bona pro nobis, & dat teſtimonium ſpiritui noſtro Lo.1.2.9. bonum contra omnia teſtimonia Diaboli et conſcientiæ, docet ignorantes Deum, monet errantes, reſiſtit decipientibus & hæreticis mentium deceptoribus.

44. Tales etjam in proximum ſint filii Spiritus Dei. Loc 3. 6. Si enim fratrem innocentem non excuſaveris, certè 9.10. coram Deo reus argueris tam impii ſilentii & malè ocianti linguæ, quæ in hanc fratris tui neceſsitatem & ſervitutem tibi data eſt. At rurſus, ſi id feceris, omnia in te derivabis, & mox occideris.

45. Oportet nos ita puros fieri, antequam in regnũ Loc. 2. 3. cœlorum veniamus, ut nec motus mali in nobis ſint, 4.5.8. nec ullus fomes ad malum inclinans, ſed perfecta ſa- 9.10. nitas ſine omni prorſus vitio, quod ſane in hac vita non fiet, nec eſt in poteſtate noſtra. Ideo Deus miſericors ſtatuit corpus noſtrum in pulverem redigere, ut conſumatur omne vitium carnis noſtræ, adeo odit Deus hanc immunditiam.

46. Fomitis malum Lutherus vocat eſſentialem Fol. 47. ſeu cauſalem impuritatem in nobis, quam omnes et- Loc. 2.4. jam ſanctiſsimi in ſe ſentiunt, & vident ſe egere Chri- 1.5. ſti munditia pro ſeſe oblata & acceptata à Deo patre miſericordiarum.

47. Hæc ſunt decem verba (ut vocat Moſes) in Loc. 3. quibus prorſus omne mandatum ſalutare continetur: Et licet poſsint redigi in pauciora, rurſum diſtribui in plura, placuit tamen Deo in denario numero illa ponere, qui eſt numerus univerſitatis perfectæq; ſummæ.

48. Pec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. 3. 4. 48. Peccatorum mortalium numerus ſeptenarius ex Chryſoſtomo ſumptus videtur, qui ſeptem gentes Cananeorum Deut. 7. exponit ſeptem vitia, moraliter volens omnia peccata ſub iis comprehendi, magis numeri quam neceſſaria ratione. Alii faciunt octo alii novem, addentes inobœdientiam & vanam gloriam: tum alii dividentes matres in filias, & genera in ſpecies, tota in partes integrales & ſubjectivas, infinita ex illis deduxerunt, & maria peccatorum, interea nihil de præceptorum vera intelligentia ſolliciti.

49. Lege ibi porro de ſeptem mortalibus peccatis dictis, quæ ſunt: ſuperbia, avaritia, luxuria, gula, ira, invidia, acedia: quid ſingula complectantur, & ad quæ præcepta referenda ſint.

Lo. 2. 3. 4. 50. Notetur obiter Lutherum vocem ſubſtantiæ etjam de virtutibus & vitijs uſurpare.

Fol. 48. Loc. 3. 4. 51. Initium peccati eſt ſuperbia ſeu apoſtatare à Deo, ſcilicet ſibiipſi idolum fieri, ſibi placere, in ſe ipſo delectari potius quam in Domino, & ſic alienum Deum colere in ſemetipſo, quod eſt graviſsimum & primum peccatum, & nemo eſt ex Adam, qui non aliqua ex parte hanc in ſeſe idolatriam agat, ideoq; ſemper pœnitendum & gemendum de peccato. Et verè omnia præcepta ſunt in primo tanquam in capite ſuo, cum omne peccatum ſit contemptus Dei, & per hoc ipſum contra primum præceptum, nec poteſt aliquod præceptum lædi, niſi ſimul & primum lædatur, quod continet omnia: quia Dei voluntas in omnibus offenditur & poſtponitur noſtræ, ac ſic Deus non colitur, imo alius pro eo colitur. Ideo beati qui lugent, quoniam lugendi materiam ſinguli in ſe ipſis ſuper ſe ipſos habent.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON VIGESIMUS QUINTUS
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Ambroſius Hartwich vocatus ad Sacellanatum Oldenswordenſem in
Eiderſtadia.
MDCV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

SENTENTIARUM EX EPI- STOLIS IGNATII AD ORDINEM libelli Catechetici in συζήτησιν Theologicam diſtributarum faſciculus prior.

Proleg. Epiſt. 7. ad Smyrnenſes. 1. Summa & ſcopus ſacræ ſcripturæ & totius religionis Chriſtianæ eſt fides in Deum, ſpes in Chriſtum, fruitio bonorum promiſſorum, & charitas in Deum & proximum.

Epiſt. 6. ad Philadelphienſes. 2. Quemadmodum Pſeudoprophetæ & Pſeudoapoſtoli unum & eundem Spiritum malum, fallacem & populi ſeductorem acceperunt: Sic & Prophetæ & Apoſtoli unum & eundē Spiritum Sanctum, bonum, eximium, verum & rectum doctorem acceperunt à Deo per Jeſum Chriſtum.

Epiſt. 3. ad Magneſianos. 3. Studendum eſt ut confirmemur in dogmatibus Domini & Apoſtolorum, ut omnia quæ facimus proſperè ſuccedant carne & ſpiritu, fide & charitate.

Epiſt. 10. ad Heronem. 4. Si quis aſpernatur legem aut prophetas, quos Chriſtus præſens implevit, ſit tibi ut antichriſtus.

Epiſt. 6. ad Philadelphienſes. 5. Si quis graditur juxta aliena præſcripta, hic non eſt Chriſti, nec particeps paſsionis Chriſti, ſed eſt vulpes & corruptor vineæ Chriſti: cum ejuſmodi non commiſceamini, ne cum illo pereatis, quamvis pater ſit, quamvis filius, quamvis frater, quamvis domeſticus.

3. ad Magneſian. 6. Decet non modo vocari Chriſtianos ſed & eſſe: Neq; enim dici ſed eſſe beatos facit.

Loc. 1. Epiſt. 5. ad Phil. 7. Unus Dominus, unus Deus, unus qui eſt, nec eſt alius præter ipſum, ſolus & verus.

Epiſ 3. ad Magneſi. 8. Unus Deus eſt omnipotens, qui ſeipſum manifeſtavit per Jeſum Chriſtum filium ſuum unigenitum ante

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ante ſecula genitum, qui eſt ipſius verbum, non pronunciatum, ſed ſubſtantiale. Nec enim eſt articulati ſermonis vox, ſed divinæ efficaciæ genita eſſentia, qui omnia grata & placita reddidit ei, à quo miſſus fuerat.

9. Sunt nonnulli vaniloqui & ſeductores, non Chriſtiani ſed Chriſtempori, qui ex nomine Chriſti quæſtum faciunt fraude circumferentes illius nomen & adulterantes verbum Evangelii, & erroris venenum allinentes dulcibus alloquiis velut mulſo aconitum miſcentes, ut ſuaviſsimo ſapore deceptus guſtandi ſenſus incautè mortem hauriat. (Nemo autem bonum dixerit qui bonũ malo miſcuerit) Loquuntur Chriſtũ non ut Chriſtum annuncient, ſed ut Chriſtum rejiciant, cum eum à Deo Patre alienum eſſe doceant, & legem nihil cum ipſo habere commune prædicent. Partum virginis calumniantur, paſsionem negant, reſurrectionem non credunt, ſed ignotum Deum introducunt, Chriſtum ingenitum eſſe cenſent, Spiritum vero Sanctum non eſſe confitentur. Quidam Filium purum hominem eſſe dicunt, & eundem eſſe Patrem Filium & Spiritum Sanctum, & omnia creata à Deo non per Chriſtum ſed per alienam poteſtatem quandam. Adverſus hujusmodi munite vos. Epiſt. 2. Ad Tralſianos.

10. Obturate aures veſtras cum vobis quiſpiam loquitur excludens Jeſum Chriſtum Dei Filium, qui verè genitus eſt ex Deo & ex virgine, verum non ſimili modo. (non enim idem eſt Deus & homo) Verè genuit Maria corpus habens in ſe Deum habitantem, & revera natus eſt Deus verbum ex virgine, veſtitus corpore obnoxio iisdem paſsionibus nobiscum, verè natus ex vulvâ, qui omnes homines fingit in vulvâ, & Ibidem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

& corpus ſibi fabricavit ex ſanguinibus virginis, in utero geſtatus eſt ſicut & nos certis menſium circulis, & verè natus eſt ſicut & nos, & verè lacte paſtus eſt, & verè edit & bibit cibo potuq; communi nobiſcum uſus ſicut & nos, verè baptizatus, verè paſſus, mortuus, crucifixus, verè, inquam, non opinione, non phantaſiâ, non impoſturâ &c. Deſcendit ad infernum, reſurrexit &c.

Epiſt. 10. ad Heronem.

11. Inſolens admirandusq; partus eſt Domini ex ſola virgine, non quod deteſtanda ſit legitima commixtio, ſed quod ejusmodi partus decebat Deum: nimirum decebat creatorem non conſueto ſed peregrino & admirando uti partu, utpote omnium opificem.

Epiſt. 11. ad Epheſios.

12. Deus ut homo apparuit, & homo ut Deus operabatur. Verum nec illud opinio erat, nec hoc erat mera humanitas, ſed illud veritas, hoc diſpenſatio. Principatum vero ſeu Dominium accepit id, quod à Deo præparatum erat (id eſt, interprete Varlenio Sylvio, approbante Wil. Dam. Lindano Epis. Rurem. Pontificiis, Chriſti humanitas, ex Matth. 28) unde omnia commovebantur, eo quod mortis abolitionem meditaretur.

Epiſt. 12. ad Rom.

13. Jeſus eſt vita fidelium. Mors eſt vita ſine Chriſto.

Ibidem.

14. Amor meus crucifixus eſt.

Epiſt. 11. ad Epheſ.

15. Sanctus Spiritus non ſua ſed Chriſti loquitur, nec à ſeipſo, ſed à Domino: quemadmodum & Dominus ea quæ à patre accepit annunciavit nobis.

Loc. 2. Epiſt. 4. ad Tarſenſes.

16. Unus Deus Pater ex quo omnia, & unus Dominus, & unus mediator Dei & hominum, & per ipſum, & in ipſo facta ſeu creata ſunt omnia, & in ipſo omnia conſtant.

17. Quod-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

17. Quodcunq; fuerit bonum Dei creatura eſt, quodcunq; fuerit commodum, Dei eſt.. Epiſt. 10. ad Heron.

18. Ex æquo poteſt conditor rerum univerſarum & facere quod non eſt & mutare quod eſt. Epiſt. 5. ad Phil.

19. Tu Belial, draco, deſertor, transfuga, ſerpens tortuoſe, qui à Deo defeciſti, qui à Chriſto ſeparatus es, qui à Spiritu Sancto alienatus es, qui è choro angelorum pulſus es, legum divinarum violator, legitimorum hoſtis, qui contra protaplaſtas inſurrexiſti, Deiq; præcepto eos non parere feciſti, qui adverſus Abel homicidam Cain excitaſti, qui adverſus Job arma ſumſiſti, à Domino adorationem poſtulas. Epiſt. ead.

20. Impiæ hæreſes Diaboli ſunt inventa & excogitatæ artes ſerpentis gignentes mortiferum fructum damnationis. Epiſt. 2. Ad Trallianos.

21. Erraticus ille & falſus Spiritus ſeipſum prædicat, ſua loquitur, ſibi placet, ſeipſum glorificat, plenus faſtu, mendax, fraudulentus, gaudens aſſentatione & adulatione, ſubdolus, verſuum conſarcinator (reſpicit ad reſponſa Dæmonum conſultorum) nugax, inconſtans, verboſus, lubricus, à cujus vi liberet nos Chriſtus. Epiſt. 11. ad Epheſios.

22. Fieri non poteſt ut convertatur Satanas. Princeps hujus mundi gaudet cum quis crucem negat, cujus confeſsionem ſuum ipſius exitium eſſe cognoſcit. Id enim Tropheum eſt contra ipſius potentiam quod ubi viderit horret & audiens timet. Epiſt. 5. ad Philippenſes.

23. Manſuetudine vincitur princeps ſeculi hujus Diabolus. Epiſt. 2. ad Trall.

24. Si quis finem beatitudinis conſtituat voluptatem, ut is qui falſo nomine Nicolaita dicitur, propriæ carnis corruptor eſt, Spiritu Sancto vacuus & à Chriſto alienus. Epiſt. 6. ad Philadelphienſes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Epiſt. 7. ad Smyrnenſes. 25. Patior propter Chriſtum & cum illo, ipſo me confortante. Nec enim ſunt mihi tantæ vires.

Loc. 3. Ep. 6. ad Philadel. 26. Nec à piis diſcedendum, nec cum impiis commercia habenda. Oſores Dei & nos odiſſe oportet.

Epiſt. 10. ad Heron. 27. Ne ſis duplici animo in precatione tua. Beatus enim qui non ambigit.

Epiſt. 3. ad Magneſianos. 28. Omnes ad orandum in idem loci convenite, ſit una communis precatio, una mens, una ſpes in charitate & fide inculpata in Chriſtum Jeſum quo nihil præſtantius eſt, omnes velut unus quiſpiam in templum Dei concurrite, velut ad altare unum, ad unum Jeſum Chriſtum ſummum Sacerdotem Dei unigeniti.

Epiſt. 11. ad Epheſios. 29. Non ungatur tetro aliquo odore, nimirum doctrina hujus ſeculi, ſancta & munda Dei Eccleſia, non captivetur ſerpentis aſtutia, ut prima illa mulierum. Cur enim accepta à Chriſto dijudicandi facultate in ignorantiam prolabimur, & per ſocordiam non agnoſcentes donum quod accepimus imprudenter perimus?

Ibidem. 30. Bonum eſt docere, ſi qui dicit idem faciat. Hic magnus in regno cœlorum. Dominus noſter & Deus Jeſus Chriſtus Filius Dei viventis primum fecit, & tunc docuit.

Epiſt. 3. ad Magneſianos. 31. Non ſabbatizemus Judaico more ſed ſpiritualiter meditatione legis gaudentes & opera Dei admirantes. Celebret omnis Chriſti amator Dominicum diem, diem reſurectioni Dominicæ conſecratum, reginam & principem omnium dierum, in qua & vita noſtra exorta eſt & per Chriſtum mors devicta.

Epiſt. 9. ad Antiochenos. 32. Cæſari ſubjecti eſtote in iis, in quibus ſubdi nullum animæ periculum eſt. Principes nolite irrita-

re, ut

re, ut exacerbentur, ne anſam detis iis, qui illam contra nos quærunt.

33. Domini benevolo animo ſitis erga ſubjectos: Una eſt enim omnium natura humana & unum genus. Epiſt. 6. ad Philadelphienſes.

34. Servi parete Dominis in Deo, ut liberti ſitis Chriſti. Ibid.

35. Si quis legitimam commixtionem & liberorum procreationem corruptelam & pollutionem appellat, aut cibos aliquos deteſtandos putat, talis apoſtatam illum Draconem in ſe habitantem fovet. Ibid.

36. Jejuniis & precibus vaca: vino & carnibus ne prorſus abſtineas. Nec enim abominanda ſunt. Sed hæc omnia moderatè uſurpa velut Deo ſuppeditante. Epiſt. 10. ad Heronem.

37. Adverſus iras inimicorum humiles eſtote, eorum maledictis intenſas continuasq; preces opponite, efferos mores illorum manſuetudine vincite, iracundiam lenitate. Epiſt. 11. ad Epheſios.

38. Ubi animorum diſcordia eſt, & ira, & odium, ibi Deus minimè habitat. Epiſt. 6. ad Phil.

39. Spiritus impurus omnis mali primus inventor fecit Adamum Dei mandatum transgredi per fœminam. Loc. 4. Epiſt. 7. ad Smyr.

40. In hominibus geminæ notæ inveniuntur: una veri nomismatis, altera adulterini. Pius homo nomisma eſt à Deo cuſum, impius adulterinum, falſum, fictitium, nothum & ſubæratum, non à Deo ſed à Diabolo effectum. Non quod duæ hominis ſint naturæ, ſed unus homo, qui jam Dei, jam Diaboli eſt. Si quis pietati ſtudet, Dei homo eſt, ſi impiè agat, Diaboli eſt, non id factus per naturam, ſed animi arbitrium. Infideles imaginem referunt principis malitiæ. Fi- Epiſt. 3. ad Magneſianos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

deles imaginem ferunt Principis Dei Patris & JEſu Chriſti.

Epiſt. 5. ad Philippenſes. 41. Tunc demum aliquid eſt obſcœnum cum per ſcelus illud polluimus. Cum vero omne abeſt peccatum, nihil turpe cenſendum eſt, nihil malum eorum quæ facta ſunt, ſed omnia bona valde.

Epiſt. 2. ad Trallianos. 42. Chriſtus dilexit nos & dedit ſemetipſum pro nobis redemtionis precium, ut ſanguine ſuo nos repurgaret à veteri impietate & vitam daret malitiâ propriâ perituris.

Loc. 5. Epiſt. 3. ad Magneſianos. 43. Vetera tranſierunt, ecce nóva facta ſunt omnia. Si namq; adhuc juxta legem judaicam & circumciſionem carnis vixerimus, negamus nos gratiam accepiſſe. Diviniſsimi enim Prophetæ JEſum Chriſtum Spiritu præviderunt, juxta Chriſtum vixerunt, & ipſum ut præceptorem, ut Dominum & Salvatorem expectarunt.

Epiſt. 6. ad Philadelphienſes. 44. Sanctum illud verbum Filius Patris vera eſt quæ ad Patrem ducit via, hæc petra, hoc ſeptum, hæc clavis, hic paſtor, hæc hoſtia, hoc cognitionis oſtium, per quod ingreſſus eſt Abraham, Iſaac, Jacob, Moſes & univerſus Prophetarum chorus, & orbis columbæ Apoſtoli & Sponſa Chriſti, pro qua dotis loco effudit proprium ſanguinem, ut eam redimeret.

Epiſt. 7. ad Smyrnenſes. 45. Nemo erret, niſi quis crediderit Jeſum Chriſtum in carne converſatum & crucem illius confeſſus fuerit, & paſsionem & ſanguinem quem effudit pro mundi ſalute, non aſſequetur vitam æternam, ſive rex fuerit ſive ſacerdos, ſive princeps ſive privatus homo, ſive Dominus ſive ſervus, ſive vir ſive fœmina. Locus dignitas divitiæ neminem efferant, ignobilitas & paupertas neminem dejiciant.

46. Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

46. Chriſtianus homo ſui poteſtatem non habet, ſed Deo vacat. Hoc eſt opus Dei & veſtrum. Loc. 6. Epiſt. 8. ad Polyc.

47. Simus digni cognomento quod accepimus. 3. ad Mag.

48. Qui profitentur ſe Chriſti eſſe, non modo ex iis quæ dicunt, ſed & ex iis quæ faciunt, cognoſcuntur, ut arbor ex fructu dignoſcitur. Præſtat enim eſſe & tacere, quam loqui & non eſſe. Non in ſermone regnum Dei ſed in virtute. Epiſt. 11. ad Epheſios.

49. Non ſimus pudori patri, ſimus genuini filii, non autem adulterini. Epiſt. 9. ad Antiochenos.

50. Sanctum teipſum cuſtodi, ut Chriſti habitaculum: Templum Chriſti es: Spiritus es inſtrumentum. Epiſt. 10. ad Heronem.

51. Cupientibus vobis feliciter vivere, etjam Deus idem largiri paratus eſt. Epiſt. 7. ad Smyr.

52. Nemo ſecundum carnem ſpectet proximum ſed in Chriſto Jeſu. 3. ad Magneſian.

53. Nihil vobis apud Deum peribit eorum, quæ in Chriſti miniſtros contuliſtis. 7. ad Smyrnen.

54. Exiguus eſt labor præſens, merces autem quæ hinc expectatur multa eſt & eximia. 1. ad Mar. Caſſob.

55. Ne anſam detis gentibus ut propter paucos inſipientes ſermo & doctrina culpetur. Epiſt. 2. ad Tral.

56. Jeſus Chriſtus propter nos mortuus eſt, ut credentes in mortem ejus per baptiſmum conſortes ſimus reſurrectionis ejus. Loc. 7. Epiſt. 2. ad Tral.

57. Baptiſmus veſter vobis ſemper ſit & maneat in vitæ & tentationum pugna ut arma, fides ut galea, charitas ut haſta, patientia ut panoplia. Epiſt. 8. ad Polycarpum.

58. Ob-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Epiſt. 6. ad Philadelphienſes.

58. Obſecro vos, ut una fide, una prædicatione, una Evchariſtia utamini. Una eſt enim caro Domini Jeſu, & unus illius ſanguis pro nobis effuſus. Unus quoq; panis qui omnibus fractus eſt, & unus calix qui univerſis diſtributus eſt.

Epiſt. 11. ad Epheſios.

59. Omnes in gratiâ nominatim in cœtum congregamini, in una fide Dei Patris & unigeniti illius Filii Jeſu Chriſti, ducti à Spiritu paracleto, panem unum frangite, quod pharmacum eſt immortalitatis, antidoton ad mortem non ſubeundam, ſed vitam in Deo per Chriſtum poſsidendam, medicamentum purgans vitia & pellens mala.

Loc. 8. Epiſt. 3. ad Magneſianos.

60. In Chriſtianis nihil eſt faſtus quin contra rubore ſuffunduntur, ſicut ſcriptum eſt: Juſtus accuſator ſuiipſius primum. Et cum feceritis omnia dicite ſervi inutiles ſumus.

Epiſt. 6. ad Philadelphienſes.

61. Dei voluntas non eſt mors ſed pœnitentia peccatoris.

62. Oſores Dei & nos odiſſe oportet, & ſuper inimicos illius tabeſcere, non autem percutere aut perſequi illos, ut gentes faciunt, quæ ignorant Deum & Dominum, ſed pro hoſtibus habere tales, & ab iis ſegregari: commonefacere autem eos & ad pœnitentiam cohortari, ſi forte audiant, ſi forte manus dent, monitisq; cedant. Clemens enim eſt Deus noſter, & omnes homines vult ſalvari, & ad veritatis agnitionem venire, cujus benignitatis Dominus nos vult eſſe imitatores.

Epiſt. 7. ad Smyrnenſes.

63. Neceſſe eſt nos reſipiſcere & dum tempus & occaſionem habemus pœnitentiam agere atq; ad Deum converti. Etenim in inferno non eſt qui confiteatur. Ecce enim homo & opera ante faciem ejus.

64. Fun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

64. Fundavit nos Chriſtus Jeſus ſupra petram ceu lapides electos coaptatos in divinum patris ædificium, ſublatos in alta per Chriſtum pro nobis crucifixum, Sancto Spiritu utentes perpendiculo, fide ſubvectos, charitate elevatos à terra ad cœlum, una cum immaculatis ambulantes. Via omnis erroris expers eſt Jeſus Chriſtus. Loc. 9. Epiſt. 11. ad Epheſios.

65. Una Eccleſia, quam ſuis ſudoribus & laboribus fundarunt Sancti Apoſtoli, à finibus terræ uſq; ad fines, in ſanguine Chriſti. Epiſt. 6. ad Philadelph.

66. Obſecro vos non ego, ſed charitas Jeſu Chriſti, ut idem dicatis omnes, nec ſint in vobis ſciſmata, ſitis autem perfecti eadem ſententia & mente. Epiſt. 2. ad Trall.

67. Decet concilium cogere ſacroſanctum, & eligere ſi quem vehementer dilectum habetis & impigrum, ut poſsit divinus appellari curſor, & hujusmodi creare, ut in Syriam proficiſcatur pro Legatione Dei. Epiſt. 8. ad Polycarpum.

68. Presbyteri & Diaconi non ſunt ciborum & potuum miniſtri, ſed Eccleſiæ Dei & myſteriorum Chriſti adminiſtratores, vicarii nimirum Chriſti. Epiſt. 2. ad Tral.

69. Non contemnenda ætas Epiſcopi. Nec enim reſpiciendum eſt ad eam quæ videtur adoleſcentiam, ſed ad prudentiam quam habet in Deo. Non enim adoleſcentia contemnenda, quoties Deo dedita, conſecrataq; fuerit, verum is contemnendus eſt, qui pravo eſt animo, tametſi malorum dierum tempore plenus ſit. Epiſt. 3. ad Magneſianos.

70. Qui honorat Epiſcopum, à Deo honorabitur, ſicut qui ignominia afficit, à Deo punietur, ut qui non adverſus hominem furit, ſed adverſus Deum & Chriſtum Jeſum primogenitum qui naturâ ſolus eſt ſummus ſacerdos Patris. Epiſt. 7. ad Smyrnenſes.

71. Fue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Epiſt. 6. ad Philadelph. 71. Fuerint cælibes Melchiſedek, Heliſeus, Jeremias, Baptiſta: Nuptiis tamen operam dederunt Eſaias, Petrus, Paulus & alii.

Epiſt. 2. ad Trallianos. 72. Orate pro me, qui in Dei miſericordia charitate veſtra indigeo, ut dignus fiam ſorte, ad quam aſſequendam jam deſtinor, ne reprobus inveniar.

Lo. 10. Epiſt. 4. ad Tarſenſes. 73. Miniſtri quidam Satanæ dicunt, quod eadem caro non reſurgit, & quod voluptuaria vita amplectenda ſit: hunc enim eſſe finem bonorum iis qui paulo poſt corrumpendi ſint. Ab his cavete.

Epiſt. 2. Ad Trallianos. 74. Hæreſes gignunt mortiferum fructum, quem qui guſtarit continuò moritur nō temporariam hanc ſed æternam mortem.

Epiſt. 12. ad Romanos. 75. Nunc incipio diſcipulus Chriſti eſſe, cum nihil expetam aut viſibilium aut inviſibilium, ut JEſum Chriſtum aſſequar. Ignes, crux, concurſus ferarum, ſectiones, laniena, oſsium diſcerptiones, membrorum conciſiones, totius corporis ſolutio, Diaboli tormenta, in me veniant, tantummodo ut JEſum nanciſcar. Melius mihi emori propter Jeſum Chriſtum quam imperare finibus terræ. Dominum deſidero Filium veri Dei & Patris Jeſum Chriſtum. Illum quæro qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit. JEſus namq; eſt vita fidelium. Ne me velitis mori. Mors eſt vita ſine Chriſto. Sinite me purum lumen haurire, cum illic fuero, homo Dei ero.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXVI.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Johannes Wigbertus vocatus ad Sacellanatum Delffenſem in
Dithmarſia.
M D C V.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

SENTENTIARUM EX EPI-STOLIS IGNATII ORDINE CA-techetico collectarum faſciculus poſterior.

Proleg. Epiſt 11. ad Ephe. 1. Principium vitæ fides, finis charitas: Hæc duo quoties in unum coëunt, Dei hominem perficiunt, reliqua omnia conſectaria ſunt ad honeſtam vitæ rationem.

Epiſt. 9. ad Antiochenos. 2. Attendite Apoſtolicæ doctrinæ, credite legi & Prophetis, abjicite omnem gentilem & Judaicum errorem.

Epiſtola 10. ad Heronem. 3. Quicunq; dixerit quippiam præter ea quæ conſtituta ſunt, quamvis fide dignus ſit, quamvis jejunet, quamvis ſigna edat, quamvis prophetet, pro lupo illum habeas.

Epiſt. 6. ad Philadelphienſes. 4. Omnia facite juxta Chriſti diſciplinam. Audivi enim quosdam dicentes: niſi Evangelium invenero in archivis non credo. Talibus ego dico, quod Jeſus mihi pro archivis eſt, quem nolle audire manifeſta pernicies eſt. Qui non credit Evangelio, nihil ceterorum credit. Nec debent Spiritui archiva præferri. Durum eſt contra ſtimulum calcitrare, durum eſt Chriſto nolle credere, durum eſt prædicationem Apoſtolorum rejicere.

1. ad Mar. Caſſob. 5. Adverſariorum injuriis exagitati pii, erudiuntur ut Jeſum aſſequantur.

2. ad Trall. 6. Doctrinæ ſanæ repetitio antidotum prophylacticum eſt adverſus peſtilentem impietatis & inobedientiæ morbum.

3. ad Magnes. 7. Qui alio nomine appellatur quam Chriſtiani, hic non eſt Dei.

5. ad Phil. 8. In eodem fidei canone omnibus Chriſtianis unanimiter incedendum.

9. Unus

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

9. Unus univerſorum Deus Pater Chriſti, unus Chriſtus, unus Spiritus, qui operatus eſt & vim ſuam exeruit in Moſe, in Prophetis & Apoſtolis. Loc. 1. Epiſt. 5. ad Philip.

10. Dominus præcepit Apoſtolis baptizare in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, non in unum Trinominem, ſed in tres ejusdem honoris. Ibidem.

11. Nec multitudo introducenda Deorum, nec prætextu unius Dei negandus Chriſtus. Omnis itaq; qui annunciat unum & ſolum Deum, ut tollat Chriſti divinitatem, is eſt Diabolus & hoſtis omnis juſtitiæ. Epiſt. 9. ad Antiochenos.

12. Rogavit Dominus Jeſus, ne deficeret Apoſtolorum fides, non quod per ſe non poſſet cuſtodire illam, ſed velut gaudens excellentia Patris. Epiſt. 7. ad Smyrnenſes.

13. Ex 1. Cor. 15. Alius eſt qui ſubjecit illi omnia, & alius cui hæc ſubjecta ſunt, qui etjam cum omnibus ſubjicitur. Epiſt. 4. ad Tars.

14. Verè non hominum opinione crucifixus & mortuus eſt Deus verbum, videntibus & inſpicientibus cœleſtibus, terrenis, & ſubterraneis. Falſo igitur quidam infideles ajunt ſola ipſum opinione hominem natum eſſe, non autem revera corpus aſſumſiſſe, & opinione mortuum, non autem verè paſſum. Epiſt. 2. ad Trallianos.

15. Revera ab impiis occiſus eſt Dominus, & hic ipſe qui ex muliere natus eſt Filius eſt Dei, & qui crucifixus eſt primogenitus eſt omnis creaturæ, non tamen idem qui Pater. Epiſtola 4. ad Tarſenſes.

16. Jeſus Chriſtus ante ſecula genitus fuit apud patrem Deus verbum unigenitus filius & in æternum idem permanet. Epiſt 3. ad Magneſian.

17. Chriſtus Filius Dei venit in tempore, qui omni tempore caret: inviſibilis naturâ, viſibilis in carne: impalbabilis & intangibilis utpote incorporeus, pro- Epiſt 8. ad Polycarpum.

 pter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

pter nos autem tangibilis & palpabilis in corpore: impatibilis ut Deus, propter nos autē patibilis ut homo.

Epiſt. 5. ad Philippenſes. 18. Salvator quadraginta diebus & totidem noctibus jejunum corpus ſine omni inediæ noxa conſervat, poſtea eſurit: Per illud oſtendit ſe Deum eſſe, per hoc vero hominem, qui revera corpus aſſumſerit iisdem obnoxium paſsionibus, quibus reliqui homines.

Epiſt. 2. ad Trall. 19. Jeſus Chriſtus ſpes noſtra eſt per crucis mortisq; ſupplicium & reſurrectionem.

Epiſt 4. ad Tars. 20. Quando Chriſtum Deum eſſe ſuper omnia autor negat, eandem cum Patre perſonam eſſe negat, quod ex hæreticis nonnulli affirmabant.

Epiſt 12. ad Romanos. 21. Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vitæ, panem Dei volo, panem cœleſtem, quæ eſt caro Chriſti Filii Dei, & potum volo ſanguinem illius, quæ eſt charitas incorruptibilis & vita æterna.

Loc. 2. *Epiſt. 6. ad Philadelph.* 22. Si quis neget Patrem Chriſti eſſe opificem cœli & terræ, hic in veritate non ſtetit, ſicut nec pater ejus Diabolus. Et talis eſt ſectator Simonis magi, non autem Spiritus Sancti diſcipulus.

Ibidem. 23. Unus Deus & mediator, ad opificium intelligibilis & ſenſibilis creaturæ, & ad providentiam utilem rebusq; accommodam.

Epiſt. 5. ad Philip. 24. Quomodo Chriſtus magus, qui omnem naturam, tam ſenſibilem, quam intelligibilem, condidit voluntate patris?

Ead. 25. Varius & multiformis eſt dux ille omnis mali, & falſis rationibus mentes humanas fallit, alia prætexens, alia faciens: Sapiens eſt ad malè faciendum, bonum vero quid ſit ignorat.

26. Nil

26. Nil præſtantius pace Chriſti, qua frangitur aboleturq; omne bellum tam aëriorũ quam terrenorum Spirituum. Nec lædet quempiam aliqua diabolica cogitatio, ſi perfectam habuerit in Chriſtum & fidem & charitatem. Epiſt. 11. ad Epheſios.

27. Carnales ſpiritualia exercere nequeunt, nec incredulitas quæ fidei ſunt. Qui autem pleni ſunt Spiritu Sancto, nil carnale ſed ſpiritualia omnia exercent. Ibidem.

28. Bonorum animi ſimiles ſunt fontibus puriſſimis, qui tranſeuntes etjam non ſitientes ad ſe ſuapte pertrahunt pulchritudine, ad potum hauriendum: ita illorum prudentia compellit alios, ut divinarum aquarum in animis ipſorum ſcaturientium participes fieri deſiderent. Epiſt. 1. ad Mar. Caſſob.

29. Quid mihi prodeſt ſi quis me laudet & Dominum meum blaſphemet? Loc. 3. 7. ad Sm.

30. Hæreticos non modo averſari oportet, ſed etjam fugere, ſolumq; pro iis orare, ut ad pœnitentiam reducantur. Ibidem.

31. Omnis homo, qui diſcernendi vim à Deo accepit, ſupplicio ſubjicietur, ſi imperitum ſequatur paſtorem & falſam opinionem amplectatur pro vera. Epiſt. 11. ad Ephe.

32. Nemo impune tulit, qui adverſus ſuperiores ſe extulit. 3. ad Magneſian.

33. Patres educate filios veſtros in diſciplina & admonitione Domini, & docete eos ſacras literas & artes, ut non dedant ſe ocio & inertiæ. Epiſt. 6. ad Philadelph.

34. Filii obœdite parentibus, illosq; amate, ut Dei cooperatores ad generationem veſtram. Ibidem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Ibidem. 35. Virgines ſubditæ ſint Chriſto in puritate, non abominantes nuptias, ſed id quod præſtantius amplectentes, non in calumniam matrimonii, ſed ut liberioribus animis divinæ legis meditationi vacent.

Ibidem. 36. Viri diligite uxores veſtras ut conſervas Dei, ut proprium corpus, ut ſocias vitæ, ut cooperatrices procreationis liberorum.

Epiſt. 9. ad Antiochenos. 37. Mulieres honorent viros ſuos ut propriam carnem, nec ex nomine eos appellare audeant: Sint autem caſtæ, ſolos conjuges ſuos viros eſſe exiſtimantes, quibus juxta Dei arbitrium junctæ ſunt.

Epiſt 4. ad Tars. 38. Nemo inter vos ocioſus ſit. Mater enim egeſtatis inertia.

I. ad Mar. Caſſob. 39. Non affectu carnali ſed divino judicio teſtimonia de aliis perhibenda ſint.

Loc. 4. Epiſt 2. ad Trall. 40. Serpens omnis mali primus autor eſt, qui per mulierem decepit primum generis noſtri parentem Adam.

Epiſt. 3. ad Magneſianos. 41. Abjicite malum illud vetus & putridum fermentum, & transmutemini in novum fermentum gratiæ.

Epiſt. 2. ad Trall. 42. Verbum verè aſſumſit hominem, & vixit inter homines ſine peccato.

Epiſt. 3. ad Magn. 43. Actiones habent ſua præmia, & obœdientiæ proponitur vita, inobœdientiæ mors.

Epiſt. 2. ad Trallianos. 44. Munite vos adverſus Satanæ deceptiones, & ſine offendiculo cum omnibus vivite, ne intuentibus laqueus & rete ſitis expaſſum. Qui enim ſuaipſius vitia non ſanat, & actiones non corrigit, frater eſt ejus, qui ſeipſum perdit. Abjicientes itaq; animi tumorem, arrogantiam, faſtum & ſuperbiam, poteritis indivulsè Deo conglutinari.

45. Qui

45. Qui foris eſt, inquinatam habet conſcientiam. Ibidem.

46. Abſurdum eſt Jeſum Chriſtum ſonare lingua, & mente habere judaiſmum abolitum. Ubi enim eſt Chriſtianiſmus, non eſt Judaiſmus. Unus enim eſt Chriſtus Jeſus, in quem gens omnis credens & omnis lingua confitens in Deo coadunatæ ſunt, & ii qui lapideo erant corde, filii Dei facti ſunt, & amici Abrahæ, & in ſemine ejus benedicentur. Loc. 5. Epiſt. 3. ad Magneſianos.

47. Unus Deus veteris & novi teſtamenti, unus mediator, & unus paracletus, qui operatus eſt in Moſe & Prophetis & Apoſtolis. Omnes itaq; Sancti in Chriſto ſalvati ſunt, ſperantes in eum, & illum expectantes, & per ipſum ſalutem conſecuti ſunt. Epiſt. 6. ad Philadelphienſes.

48. Perſtate, roboremini in fide, quoniam juſtus ex fide vivet. 4. ad Tarſ

49. Verbum omnia ad ſe traxit, ad obtinendam ſalutem æternam, poſtquam caro ipſius exaltata eſt, ad ſimilitudinem ænei illius ſerpentis in eremo. Epiſt. 7. ad Smyrnenſes.

50. Eximium quiddam habet Evangelium, nimirum adventum ſalvatoris noſtri, ejusq; paſsionem & reſurrectionem. Quæ namq; Prophetæ annunciaverunt, hæc in Evangelio impleta ſunt. Epiſt. 6. ad Philadelphienſes.

51. Si arguat nos Deus juxta actiones noſtras, jam periimus. Epiſt. 3. ad Magne.

52. Firmi ſtate fratres in fide Jeſu Chriſti, & in ejus charitate, in paſsione ejus & reſurrectione. Epiſt. 11. ad Ephe.

53. Illibatum mihi eſt archivum, crux, mors & reſurrectio Chriſti, & fides horum, per quæ cupio juſtificari precationibus veſtris. Epiſt. 6. ad Philadelph.

54. Sicut Chriſtus omnia fecit juxta voluntatem Patris: ita & nos oportet vivere juxta voluntatem Dei in Chriſto & eum ſectari. Loc. 6. Epiſt. 11. ad Ephes.

55. Ni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Ibidem. 55. Nihil latet Dominum, ſed & arcana noſtra in illius conſpectu ſunt. Omnia itaq; faciamus, ut Deo in nobis habitante, ut illius ſimus templum, & ipſe in nobis Deus.

Epiſt. 2. ad Trallianos. 56. Chriſtianorum eſt habere inculpatam ſine omni ſimulatione mentem in patientia, ut non ſecundum hominem ſed ſecundũ Jeſum Chriſtum vivant.

8. ad Pol. 57. Omnia ad honorem Dei fiant.

Epiſt. 6. ad Philadelph. 58. Gratias ago Deo per Chriſtum, quod pacatam habeo conſcientiam, nec habet quiſpiam, quod glorietur, vel ſecreto, vel palam, me quenquam gravaſſe, vel in parvo, vel in magno.

8. ad Pol. 59. Ubi laboris plus eſt, ibi & plus emolumenti.

Epiſt 3. ad Magneſianos. 60. Quandoquidem ſinguli qui vitam obœdientiæ propoſitam, vel mortem inobœdientiæ propoſitam elegerunt, in ejus quod elegerunt locum abituri ſunt, fugiamus mortem, & eligamus vitam.

Loc. 7. 5. ad Phil. 61. Unum baptiſma eſt, quod in mortem Domini datur.

Epiſt. 11. ad Ephes. 62. Date operam ut crebrius congregemini ad Evchariſtiam (carnis & ſanguinis Chriſti. Philad) & gloriam Dei. Quando enim ſæpius in idem loci convenitis, labefactantur vires Satanæ, & ignita illius ad peccatum jacula irrita reſiliunt.

Loc. 8. Epiſt. 11. ad Epheſios. 63. Gaudeo de vobis, quod non attenditis vanitati, neq; carnaliter vos mutuo amatis, ſed juxta Dei præceptum & pro alijs hominibus indeſinenter oratis. Eſt enim ipſis ſpes pœnitentiæ, quod Deum nanciſcentur. Convertite itaq; ipſos, ut veſtræ diſciplinæ ſe tradant.

Epiſt. 7. ad Smyr. 64. Abſit à me, ut præfractè errantium mentionem faciam, donec pœnitentia ducantur.

65. O-

65. Omnibus pœnitentibus remittit Deus, ſi concurrant ad unitatem Chriſti. Epiſt 6. ad Phila.

66. Quotquot pœnitentia ducti redierint ad unitatem Eccleſiæ, ſuſcipite illos cum omni manſuetudine, ut per bonitatem & patientiam veſtram reſipiſcentes ex diaboli laqueis, digni jam Chriſto facti, ſalutem conſequantur æternam in regno Chriſto. Ibidem.

67. Sobrii eſtote ſinguli, abjicite omnem malitiam, ferinam excandeſcentiam, detractionem, calumniam, turpiloquium, ſcurrilitatem, ſuſurros, faſtum, ebietatem, mollitiem, avaritiam, ambitionem, invidiam, & quicquid his confine eſt. Epiſt 4. ad Tarſenſes.

68. Chriſtus Jeſus ſecundum voluntatem propriam Eccleſiam ſuam firmavit, ſuper petram, ædificatione ſpirituali ſine manibus, in quam colliſi venti & flumina non poſſunt eam ſubvertere, neq; poterunt unquam ſpirituales nequitiæ, ſed infirmabuntur virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti. Loc. 9. Epiſt. 6. ad Philadelph.

69. Una electa Eccleſia, & una ſecundum Chriſtum fides, unus Dominus, unum baptiſma. Epiſt 5. ad Philip.

70. Eccleſiæ concordia & conſenſus fidei, exitium Satanæ, & ſupplicium ſatellitum ejus eſt. Epiſt. 11. ad Ephes.

71. Si quis eum ſectatur qui ſe abſciderit à veritate, regnum Dei non hæreditabit, & qui non abſcedit à mendaci concionatore, in gehennā condemnabitur. Epiſt. 6. ad Philadelph.

72. Crebrius celebrentur conventus & Synodi Eccleſiaſticæ. 8. ad Polycarp.

73. Chriſtus in nobis loquatur, ut in Paulo. Spiritus Sanctus doceat nos ad illius ſimilitudinem ea loqui quæ Chriſti ſunt. Epiſt. 11. ad Ephe.

74. Epiſcopi virtus & modeſtia magna cæterorum diſciplina eſt, manſuetudo ejus robur eſt, quam & impios revereri exiſtimem. Epiſt. 2. ad Trall.

75 Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Ibidem. 75. Qui paſtoribus non obœdit, atheos prorſus & impius eſt, & Chriſtum contemnit, & conſtitutionem ejus imminuit.

Epiſt. 3. ad Magneſianos. 76. Qui contradicit Epiſcopo, non fallit hunc qui videtur, ſed inviſibilem fallere nititur, qui non poteſt à quoquam falli, reditq; non ad hominem ſed ad Deum contumeliam.

Epiſt 6. ad Philadelph. 77. Boni ſunt Sacerdotes ſermonisq; miniſtri, ſed præſtantior eſt pontifex, cui credita ſunt Sancta Sanctorum.

Epiſt. 11. ad Epheſios. 78. Si quis plus læſus plura toleret, hic beatus eſt: Si quis defraudatur, ſi quis ſpernitur propter nomen Domini, hic verè eſt Chriſti.

Epiſt 3. ad Magneſianos. 79. Si qui Epiſcopum quidem nomine appellant, ſine ipſo tamen omnia faciunt, hujusmodi dicet ille, qui & verus & primus Epiſcopus, & ſolus naturâ Pontifex: Quid me vocatis Domine Domine, & non facitis quæ dico? Tales enim non bonâ conſcientiâ præditi, ſed ſimulatores & perſonati quidam mihi eſſe videntur.

Epiſt. 2. 80. Vocatur Eccleſia in harum Epiſtolarum inſcri-
Epiſt. 3. ptionibus dilecta à Deo Patre & Jeſu Chriſto, Sancta, Deo digna, benedicta per gratiam Dei patris in Sal-
4. vatore noſtro, ſalvata per Chriſtum, laudanda, me-
5. moranda, adamanda, miſericordiam conſecuta in
6. fide & tolerantia & charitate non ficta, firmata, ple-
7. 9. nè inſtructa, diviniſsima, ſacroſancta, electa à Chri-
11. ſto, prædeſtinata ante ſecula, illuminata, decentiſ-
12. ſima, beatificanda, caſtiſsima, eximiæ charitatis, Chriſti & Patris nomen ferens, ſpiritu plena &c.

Epiſt 1. ad Mar. Caſſobol. 81. Ego non tam meus quam aliorum nunc factus, multorum adverſariorum arbitrio exagitor, partim

exiliis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

exiliis, partim cuſtodiis, partim vinculis. At nihil eorum curo.

82. Sta firmus velut incus quæ verberatur. Magni Athletæ eſt feriri & vincere. Dei autem nomine maximè ſuſtinere oportet omnia, ut ipſe nos expectet in ſuum transferendo regnum. Hic enim ſtadium, ibi vero coronæ. Epiſt. 8. ad Polycarpum.

83. In Chriſto mea ſpes, hic mea gloriatio, hic meæ indeficientes divitiæ, in quo à Syria Romam uſq; hęc vincula circumfero ſpirituales margaritas, in quibus contingat mihi participem fieri paſſionum Chriſti & mortis ipſius, & ex mortuis reſurrectionis, & vitæ æternæ conſortem. Epiſt. 11. ad Epheſios.

84. Paratum me offero igni, feris, gladiis, cruci, dummodo Chriſtum videam Salvatorem & Deum meum, qui propter me mortuus eſt. Epiſt. 4. ad Tarſ.

85. Chriſtianus cum odio habetur à mundo, diligitur à Deo. Voluntarius morior, ſi modo vos non prohibueritis. Obſecro vos ne intempeſtiva benevolentia me complectamini. Sinite me ferarum eſcam fieri, per quas licebit Deum adipiſci. Frumentum ſum Dei, & dentibus ferarum molor, ut mundus panis Dei inveniar. Deprecemini Dominum pro me, ut per hæc inſtrumenta Deo fiam hoſtia. Si paſſus fuero, libertus fiam JEſu Chriſti, & reſurgam in illo liber. Nunc in ipſo vinctus diſco nil mundanum concupiſcere aut vanum. A Syria Romam uſq; terra mariq; cum beſtiis depugno, noctu diuq; alligatus decem leopardis, quæ eſt militaris cuſtodia, qui etjam beneficio affecti pejores fiunt. At ego eorum injuriis magis erudior. Fruar beſtiis mihi paratis, quas opto crudeliores mihi inveniri &c. Epiſt. 12. ad Romanos.

Si

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Lo. 10. 86. Si mortui non reſurgunt, edamus & bibamus, cras enim moriemur. Quod ſi hoc modo affecti ſumus, quid diſcriminis erit inter nos & canes & aſinos, qui futurorum nullam rationem habentes ſolum edendi & ejus quod ſubſequi ſolet appetitum habent?

Epiſt. 4. ad Tarſenſes.

Epiſt. 2. ad Trallianos. 87. Pater qui Chriſtum ſuſcitavit, & nos per ipſum ſuſcitabit, ſine quo nemo conſequetur vitam æternam.

Epiſt. 2. ad Trallianos. 88. Invitat nos Chriſtus ad incorruptionem per paſsionem & reſurrectionem ſuam, cum ſimus membra ipſius.

Epiſt. 11. ad Epheſios. 89. Si ii qui humanas domos corrumpunt morti adjudicantur, quanto magis qui Chriſti doctrinam adulterare moliuntur, æternum luent ſupplicium, pro qua crucem & mortem ſuſtinuit unigenitus Dei Filius, cujus ſi quis doctrinam repudiabit in Gehennam migrabit.

Epiſt. 11. ad Epheſios. 90. Noviſsima jamjam ſunt tempora: revereamur & timeamus Dei longanimitatem, ne divitias bonitatis & patientiæ ejus contemnamus, timeamus futuram iram, maneamus in Chriſto JEſu ad veram obtinendam vitam.

Epiſt. 9. ad Antiochenos. 91. Is qui ſolus ingenitus eſt, per eum qui ante ſecula natus eſt, cuſtodiat nos incolumes Spiritu, corpore & anima, ut valeamus Deo & Chriſto, illuminati Spiritu Sancto.

FINIS.

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXVII.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Valentinus Wegener Cantor Schleswi-
cenſis vocatus ad Paſtoratum in
Ravenkar.
MDCV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

THESES EX THESIBUS D. LUTHERI PRIMIS ANNO 16. 17. 18. 19. 20. 21. Tom. I. Witeberg. Lat.

An. 16. I. Homo vetus, qui carnis nomine dicitur, non tan-
Io. 50. tum quia ſenſuali concupiſcentia ducitur, ſed (licet
Loc. 2. 3. ſit caſtus, ſapiens, juſtus) quia non ex Deo per Spiri-
4. 5. 6. 8. tum renatus, vanitas eſt vanitatum univerſaq; vani-
tas, naturalibus ſuis viribus ſolis, & reliquas quoq;
creaturas quaslibet alioqui bonas, quibus utitur, va-
nas efficit ſeu vanitati ſubjicit, ſua & quæ carnis ſunt
quærens: neq; poteſt infidelis boni quicquam opera-
ri, aut ſine Dei gratia ad gratiam ſe præparare, aut
præcepta Dei ſervare, verum neceſſario ſub peccato
manet. Eſtq; ejus voluntas non libera ſed ſervit, licet
non invitam.

Lo. I. 5. 6. 2. Chriſtus Jeſus virtus noſtra, juſtitia noſtra eſt,
& cum credenti omnia ſint poſsibilia, ſuperſtitioſum
eſt humano arbitrio aliis ſanctis alia deputari auxilia.

An. 17. 3. Dominus & Magiſter noſter Jeſus Chriſtus di-
Fol. 51. cendo: pœnitentiã agite &c. omnem vitam fidelium
Loc. 8. pœnitentiam eſſe voluit, & interiorem & exteriorem
ſimul complectens.

Prol. 4. Zizania in doctrina pœnitentiæ aliorumq; reli-
Loc. 9. gionis capitũ dormientibus Epiſcopis ſeminata ſunt.

Loc. 5. 8. 5. Quilibet verus Chriſtianus, ſive vivus, ſive mor-
9. 10. tuus, habet participationem omnium bonorum Chri-
ſti & Eccleſiæ, etjam ſine literis veniarum, à Deo ſibi
datam.

Fol. 52. 6. Docendi ſunt Chriſtiani, quod Papa, ſicut debet,
Loc. 3. 5. ita vellet, etjam vendita ſi opus ſit baſilica S. Petri, de
8. 9. ſuis pecuniis dare illis, à quorum plurimis præcones
veniarum pecuniam eliciunt, malletq;, ſi illorum

BIBLIOTHECA REG. HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

exactiones noſſet, eam in cineres ire, quam ædificari cute, carne & oſsibus ovium ſuarum.

7. Verus Theſaurus Eccleſiæ ſunt claves merito Christi donatæ, nimirum ſacroſanctum Evangelium gloriæ & gratiæ Dei: merito odioſiſsimus, quia ex primis facit noviſsimos. Indulgentiarum theſaurus merito eſt gratiſsimus, quia ex noviſsimis facit primos. Ille rete eſt quo olim piſcabantur viros divitiarum: Hic rete quo nunc piſcantur divitias virorum. Loc 5.3. 8.9.

8. Veniæ papales nec minimum venialium peccatorum tollere poſſunt quo ad culpam. Lo'4.5.8.

9. Piorum etjam laicorum dubitationes & argumenta ſola poteſtate compeſcere, nec reddita ratione diluere, eſt Eccleſiam hoſtibus ridendam exponere, & infelices Chriſtianos facere. Fol. 53. Prol. Loc. 3. 9.

10. Valeant omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Chriſti: pax pax: & nō eſt pax: Bene agant omnes illi Prophetæ, qui dicunt populo Chriſti: crux crux: & non erit crux. Loc 3.5. 8.9.

11. Exhortandi ſunt Chriſtiani, ut caput ſuum Chriſtum per pœnas, mortes, infernosq; ſequi ſtudeant: ac ſic magis per multas tribulationes, quam per ſecuritatem pacis, intrare cœlum confidant. Loc. 1.5.9.

12. Remiſsio culpæ reconciliat hominem Deo, quietat cor, & maximam omnium pœnarum ſcilicet conſcientiam peccati tollit, qua remiſſa nulla pœna eſt in pœna, ſed gaudium in tribulationibus. Hæc non innititur contritioni peccatoris, nec poteſtati Sacerdotis, ſed fidei potius in verbū Chriſti dicentis: quodcunq; ſolveris &c. An. 18. Loc. 5. 9. 8.

13. Regula Lutheri, quod non ſacramentum fidei ſed fides ſacramenti, id eſt, non quia fit, ſed quia creditur, Loc. 5. 7. 8.

ditur, juſtificat, malè contra efficaciam ſacramento-
rum allegatur, cum operi operato humano, aliisq; ſu-
perſtitionibus, abuſibus & quæſtibus pontificiis op-
ponatur.

Loc 5. 8. 14. Non voluit Chriſtus in manu vel arbitrio homi-
nis conſiſtere ſalutem hominum, ſed ipſe fide purifi-
cat corda eorum. Certum eſt ergo remiſſa eſſe pecca-
ta ſi credis remiſſa, quia certa eſt Chriſti Salvatoris
promiſsio: & debet abſolutus poteſtate clavium po-
tius mori & omnem creaturam negare, quam de ſua
abſolutione dubitare: ita enim dubitans dubitat ſimul
Chriſtum eſſe veracem. Et qui ſuper contritionem
ædificant remiſsionẽ, ſuper arenam id eſt ſuper opus
hominis fidem Dei ædificant, imo ſic velle fiduciam
conſcientiæ ædificare ſuper contritionem, eſt Deum
Fol. 54. mendacem, ſe veracem conſtituere. Tales non de mi-
ſericordia & verbo Chriſti, ſed de ſuis operibus & vi-
ribus perditiſsimè præſumunt, imo perverſiſsimè vo-
lunt verbum & fidem firmare ipſi, & non potius fir-
mari verbo & fide.

Loc. 5. 8. 15. Sacerdotes non ſunt authores remiſsionis, ſed
miniſtratores verbi ad fidem remiſsionis: & operatur
poteſtas clavium verbo, & mandato Dei firmum &
infallibile opus, niſi ſis doloſus.

Loc. 8. 16. Cavendum Sacerdoti, ne adeo exploret ſolam
contritionem, ut homo credat, propter ipſius dignita-
tem & ſufficientiam ſeſe abſolvendum: illud Chriſti
potius ei inculcandũ: confide fili: quam dignitas ejus
exquirenda.

Loc. 1. 5. 7. 8. 17. Sicut Sacerdos docet, baptiſat, communicat
verè, & tamen hæc ſolius ſunt Dei intus operantis:
ita verè peccata remittit, & abſolvit à culpa, & ta-
men

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

men hoc ſolius Spiritus intus operantis eſt. In quibus omnibus dum miniſtrat verbum Chriſti, ſimul fidem exercet, qua intus juſtificatur peccator.

18. Nihil juſtificat niſi ſola fides Chriſti, ad quam Loc.5,8.
neceſſaria eſt verbi per Sacerdotem miniſtratio, ſine qua fide contritio peccatorum eſt deſperationis operatio, & plus Deum offendens, quam reconcilians. Finge caſum per impoſsibile: ſit abſolvendus non contritus, credens tamen ſeſe abſolvi, hic eſt verè abſolutus: abſolutio autem eſt nulla, ſi fides abſoluti nulla: Vera abſolutio, modo abſit dolus abſoluti.

19. Sacramenta novæ legis non ſic ſunt efficacia Loc.7.
gratiæ ſigna, ut ſatis ſit in percipiendis non ponere obicem, etſi abſit fides.

20. Si homo teneretur omnia mortalia peccata Loc. 8.
confiteri, teneretur ad ſimpliciter impoſsibile, cum nullus hominum noverit, quoties peccet mortaliter, etjam in bonis operibus, propter vanam gloriam &c.

21. Summa ſummarum: juſtus non ex operibus, nec Lo.3,5.6.
ex lege, ſed ex fide vivet.

22. Lex Dei ſaluberrima vitæ doctrina non poteſt An. 18.
hominem ad juſtitiam promovere, multo minus ope- Heidelb.
ra hominum naturalis dictaminis auxilio iterata, quæ Loc. 5.6.
ut ſemper ſint ſpecioſa, bonaq; videantur, peccata tamen ſunt, utpote facta à non renatis & injuſtis.

23. Liberum arbitrium poſt peccatum res eſt de ſo- Fol 55.
lo titulo, & dum facit quod in ſe eſt, peccat mortali- Loc. 2. 4.
ter: poteſt autem in bonum potentia ſubjectiva: in 8.5.
malum vero activa ſemper. Nec ſic dicere eſt deſperandi cauſam dare, ſed humiliandi, & quærendæ gratiæ Chriſti ſtudium excitare. Certum eſt hominem de ſe penitus oportere deſperare, ut aptus fiat ad conſequendam gratiam Chriſti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. 2.3. 4.5. 24. Lex iram Dei operatur, occidit, maledicit, reum facit, judicat, damnat, quicquid non eſt in Chriſto. Sapientia illa, quæ inviſibilia Dei ex operibus intellecta conſpicit, inflat. Nec tamen ſapientia illa mala, nec lex fugienda, ſed homo ſine Theologia crucis, optimis peſsimè abutitur.

Loc. 5.3. 25. Non ille juſtus eſt, qui multum operatur, ſed qui ſine opere multum credit in Chriſtum. Lex dicit, fac hoc, & nunquam fit: gratia dicit crede in hunc, & jam facta ſunt omnia.

Lo. 1.5.6. 26. Rectè opus Chriſti diceretur operans, & noſtrum operatum, & ſic operatum placere Deo gratiâ operis operantis.

Loc. 1.5. 27. Amor Dei non invenit, ſed creat ſuum diligibile: amor hominis fit à ſuo diligibili.

Proleg. Loc. 2. 28. Qui ſine periculo volet in Ariſtotele Philoſophari, neceſſe eſt ut ante bene ſtultificetur in Chriſto. Nec quisquam Philoſophatur benè, niſi ſtultus, id eſt, Chriſtianus.

An. 17. witeb. Lo 2.3.4. 5.6. 29. Veritas eſt, quod homo arbor mala factus, non poteſt niſi malum velle & facere. Falſitas eſt, quod appetitus liber poteſt in utrumq; oppoſitorum, imo nec liber, ſed captivus eſt. Falſitas eſt, quod voluntas poſsit ſe conformare dictamini recto naturaliter: Sed neceſſario elicit actum difformem & malum ſine gra-
Fol. 56. tia Dei: nec ideo ſequitur, quod ſit naturaliter mala, id eſt, natura mali ſecundum Manicheos. Eſt tamen naturaliter, & inevitabiliter mala & vitiata natura.

Lo. 2.5.8. 30. Illæ authoritates: convertimini ad me, & convertar ad vos: quærite & invenietis: & ſimiles, ſi dicatur, quod unum naturæ, alterum gratiæ ſit, nihil aliud quam quod Pelagiani dixerunt aſſeritur.

31. Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

31. Nec rectum dictamen habet natura, nec bonam Loc. 2.4.
voluntatem. Nec rectè dictum: facere quod in ſe eſt, eſſe removere obſtacula gratiæ.

32. Non eſt verum, quod ignorantia invincibilis Lo.3.4.5.
à toto excuſat, ut eſt ignorantia Dei, & ſui, & boni operis.

33. Natura etjam in opere ſpecietenus & foris bo- Lo.3.4.6.
no, intus neceſſario gloriatur & ſuperbit: nec ulla eſt virtus moralis ſine vel ſuperbiâ vel triſtitiâ, id eſt peccato.

34. Non efficimur juſti juſta operando, ſed juſti Lo.3.5.6.
facti operamur juſta. Itaq; tota fere Ariſtotelis Ethi- Proleg.
ca peſsima eſt gratiæ inimica. Eſtq; error dicere Ariſtotelis ſententiam de felicitate non repugnare doctrinæ catholicæ. Et: ſine Ariſtotele non fieri Theologum, imo Theologus non fit niſi ſine Ariſtotele.

35. Totus Ariſtoteles ad Theologiam eſt caligo ad Proleg.
lucem, nec valet forma ſyllogiſtica in terminis divi- Loc. 2.1.
nis, aliàs articulus Trinitatis erit ſcitus & non creditus: nec tamen ideo ſequitur, veritatem articuli Trinitatis repugnare formis ſyllogiſticis.

36. Gratia Dei nunquam exiſtit otioſa, ſed eſt vi- Fol.57.
vus mobilis & operoſus ſpiritus. Loc.2.5.

37. Etſi lex ſervari & impleri debeat in gratia Dei: Lo.2.3.5.
non tamen ſequitur, illum, qui extra gratiam Dei eſt, peccare non occidendo, non mœchando, non furando &c. Sed non ſpiritualiter legem implendo.

38. Impoſsibile eſt legem impleri ſine gratia Dei Lo.2.3.5.
ullo modo, quin magis deſtruitur per naturam ſine gratia. Lex bona neceſſario fit mala voluntate naturali. Suntq; lex & voluntas adverſarii duo ſine gratia Dei implacabiles. Quod enim lex vult, ſemper vo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

luntas non vult, niſi timore vel amore ſimulet ſe velle. Eſtq; lex exactor voluntatis, qui nō ſuperatur, niſi per parvulum qui natus eſt nobis.

Lo. 3.4.5. 39. Lex facit abundare peccatum, quia irritat & retrahit voluntatem à ſe ipſa. Gratia autem Dei facit abundare juſtitiam per JEſum Chriſtum qui facit placere legem.

Lo. 3.4.5. 40. Omne opus legis ſine gratia Dei foris apparet bonum, ſed intus eſt peccatum.

Lo. 3.5.6. 41. Maledicti ſunt omnes qui operantur opera legis. Benedicti ſunt omnes, qui operantur opera gratiæ Dei.

Lo. 3.1.5. 42. Non tantum ceremonialia ſunt Lex non bona, & præcepta in quibus non vivitur: ſed & ipſe Decalogus, & quicquid doceri dictariq; intus & foris poteſt: Lex bona in quâ vivitur, charitas Dei eſt, Spiritu ſancto diffuſo in cordibus noſtris.

Lo. 2.3.4. 43. Voluntas cujuslibet mallet ſi fieri poſſet eſſe nullam legem, & ſe omnino liberam: aut enim odit ſibi legem poni, aut amore ſui cupit poni.

Lo. 2.3.5. 44. Cum lex ſit bona, non poteſt voluntas naturalis ejus inimica eſſe bona: Iniqua ergo & mala. Et neceſſaria eſt mediatrix gratia, quæ conciliet legem voluntati.

Lo. 1.2.3. 45. Gratia Dei datur non tantum ut frequentius & felicius eliciatur dilectio Dei, ſed quia ſine ea non elicitur.

Loc. 3. 46. Diligere Deum eſt ſeipſum odiſſe, & præter Deum nihil noviſſe.

Loc. 3.6. 47. Tenemur velle noſtrū omnino conformare divinæ voluntati, non tantum quod vult nos velle, ſed prorſus quocunq; Deus vult, velle debemus.

48. Va-

48. Valuit circumciſio in remiſsionem peccati originalis, propter inſtitutionem Dei, & fidem in Chriſtum. Fol.58. Loc. 7.

49. Fœminæ in lege ſine circumciſione per fidem fuerunt juſtificatæ. Loc.7.5.

50. Non virtute ſacrificiorum patres ſunt juſtificati, quam intelligebant ſpiritualiter, niſi intelligentiam iſtam dicas fuiſſe fidem Chriſti futuri. Lo.3.5.9.

51. Lex humana non conſentiens divinæ injuſta eſt. An.19. Fol.371.

52. In lege factorum non deliciatur homo, niſi per legem fidei. Errat qui legem fidei à lege factorum non ſejungit, nam quod erat impoſsibile per legem factorum, poſsibile factum eſt lege fidei. Loc.3.5.

53. Siquidem fide juſtificamur, conſentaneum eſt & Sacramenta non niſi per fidem in Chriſtum efficacia eſſe. Loc. 5. 7.

54. Fides niſi ſit ſine ullis etjam minimis operibus non juſtificat, imo non eſt fides: & tamen impoſsibile eſt fidem eſſe ſine aſsiduis multis & magnis operibus. An. 20 Loc.5.6.

55. Quantum faciunt ad ſubſtantiam arboris fructus, tantum faciunt ad juſtificationem opera. Fol. 372.

56. Fides funditus perdit, tam operum bonorum fiduciam, quam operum malorum deſperationem. Lo. 5.6.

57. Niſi nos omnes mendaces ſimus, Deus nobis verax eſſe non poteſt, & abundat veritas Dei in noſtro mendacio in gloriam ejus, & tamen meritò ut peccatores judicamur. Lo.3.4.5.

58. Licet facienda non ſint mala, ut veniant bona, facta tamen ſunt, & fiunt mala, ut veniant bona. Lo.3.4.6.

59. Non fides aut juſtitia ex operibus, ſed opera ex fide & juſticia veniunt. Loc. 5. 6.

60. Idem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc.1.5. 7.9. 60. Idem Chriſtus, eademq; fides ab Habel in finem mundi per varia ſecula regnat in electis: ſed alia & alia ejusdem Chriſti & fidei ſigna fuerunt, quæ vere Sacramenta gratiæ dicuntur. Non ergo gratiæ donatio cauſa fuit mutatæ circumciſionis in baptiſmum, ſed voluntas ſola Dei, quæ pro diverſitate temporum & hominum diverſis ſignis gratiam ſuam contulit.

Loc. 3. 4. 5. 7. 61. Homo extra fidem poſitus neceſſario & ſemper habet obicem gratiæ. Si velle occidere & ſimilia eſt obicem ponere, multo magis non credere.

Loc.5.6. 62. Opera ſequuntur juſtificationem fidei infallibiliter, cum non ſit otioſa, recte ergo dictum fides ſine operibus eſt mortua, imo non eſt fides. Et tamen niſi ſola ſit, ſine ullis operibus, nihil eſt, nec juſtificat.

Fol.373. 63. Chriſtianus ob ſui offenſionem parum, magis ob proximi, aſt ob Chriſti maximè turbari debet. Nec ſunt cenſendi Chriſtiani ſui offenſam ulciſcentes & ad Dei conniventes.

Lo.3.5.8. 64. Chriſti ſervus, dum aliorum in ſe commiſsis ignoſcit, ſuorum à Deo veniam certiſsimè accipit.

Loc.3.9. 65. Prædicationis præcipua & ſola à Chriſto Apoſtolis eſt facta commiſsio, cui ſi Pontifices non paruerint, non modo Apoſtolorum non ſunt ſucceſſores, ſed & Chriſti deſertores. Quod ſi illi neglecta Evangelii prædicatione ad ceremonialiū cultum ſive quarumcunq; rerum adminiſtrationem convertantur, audiant à Samuele cum Saule: Quoniam abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Deus ne ſis rex.

Loc. 3.9. Proleg. 66. Suas traditiones æque cum divina lege jubentes obſervare, non Chriſti & Apoſtolorum, ſed Satanæ & Antichriſtorum vices gerere, apertis ſcripturarum teſtimoniis convincuntur.

67. Plus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

67. Plus obœdientiæ cuivis verbo Chriſti etjam minimo debetur, quam univerſis hominum decretis, quibus ne quicquam obœdit qui illud ſolvit. Proleg. Lo.3.6.9.

68. Inferior ſuperiorem peccantem fraternè corripiens obœdientiam illi debitam exhibuiſſe non negatur. Loc.3.9.

69. Verbum Chriſti operatur in Sacramento Baptiſmatis &c. ut peccato merſos & gratiæ avidos educat juſtificatos & novas creaturas faciat & gratiam præſtet. Eod. Loc. 4. 5. 7.

70. Errant Eccleſiarum præpoſiti, dum per excommunicationem vindictam ſui & ſua quærunt. Excommunicationis enim virga lugentium humilitate infligi debet, non ſævientium paſtorum faſtu & ſuperbia. Nec debet in re contra Dominum formoſus titulus prætexi: in Domino. An. 21. Loc.8.9.

71. Malè ſentiunt, qui per excommunicationem Diabolo animam tradi putant, cum jubeat Apoſtolus criminoſum in carnis interitum tradi, ut ſpiritus ſervetur. Fit autem carnis interitus in pœnitudine, & per reſipiſcentiam ad profectum ſpiritus & interioris hominis innovationem. Nec ab eo ſeparavit charitatem Apoſtolus, quem de congregatione præcepit ſeparari. Loc. 8.

72. Qui propter animi malitiam & crimina publica excommunicatur, antequam viſibiliter excommunicatur, jam præciſus eſt: quocirca externa excommunicatio ſignum duntaxat eſt interioris, non ſemper efficax & infallibile, ſed ſæpe fallaciſsimum. Neq; nocet injuſta excommunicatio externè excommunicato, ſed ſoli excommunicanti & eidem conſentientibus. Fol.374.

73. Fi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. 5. 8. 73. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium, hoc eſt, firma opinio conſtansq; conſcientia juſtitiæ & ſalutis, quæ nullis prorſus operibus, ſed ſola miſerentis Dei gratia paratur.

Loc. 3. 8. 5. 6. 74. Lex facta ſpiritualis occidit, & opera cuncta evacuat, & paraſceve eſt gratiæ: gratia vero in occiſis & in ſabbato facit bona opera.

Loc. 3. 4. 75. Peccans in tabulam ſecundam peccat ſimul in tabulam primam: ideo plus peccat adulter, quam hypocrita, cæteris paribus: faciliùs autem cognoſcitur adulterium, quam hypocriſis, ideo & faciliùs curatur.

Lo. 3. 5. 6. Fol. 375. 76. Vovere virginitatem, cœlibatum, religionem, et quodlibet ſine fide, ſacrilegũ eſt & diabolicũ. Suntq; talia monaſteria ſeu Satanæ luſtra & proſtibula fugienda, eſtq; melius apoſtatam eſſe inferni & impietatis, quam cœli & pietatis.

Loc. 3. 77. Votum impietatis, ut nihil unquam fuit, ita nihil eſt nec erit: nec quicquam contra Deum ſed omnia pro Deo poſſumus & debemus.

Lo. 3. 5. 6. 78. Deus opera ſui præcepti damnat & omitti mandat, ſi ſine fide fiant: multo magis opera votorum.

Lo. 3. 5. 6. 79. Novum teſtamentum regnum eſt libertatis & fidei, quæ tamen libertas non carnis, ſed ſpiritus, ſeu conſcientiæ eſt, poteſtq; cum Apoſtolo ſub lege fieri, qui non eſt ſub lege jure hujus libertatis.

Lo. 3. 5. 9. 80. Sacrilegium eſt ordines religioſorum ſanctos appellare, cum una religio ſancta & ſanctificans ſit, Chriſtianiſmus ſeu fides, cujus ſanctitatis nomen non ſine animarum deceptione aliis communicatur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXVIII.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit

Rigelius Petri vocatus ad Paſtoratum
in Hoſtrup præfecturæ Tunderenſis.

MDCVI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX CONFESSIONE FIDEI ET DOCTRINÆ D. JOHANNIS Bugenhagii ad Anabaptiſtam ſcripta Theſes.

1. Poſt religioſam Fidei confeſsionem de unitate Eſſentiæ divinæ, & tribus in ea perſonis ſeu ὑφισταμένοις ὁμουσίοις καὶ συναϊδίοις, docemus omnes homines propter primos homines, Sanctos quidem creatos, lapſu vero ſpontaneo corruptos, vitio naturæ peccatores, hoc eſt, violatores eſſe Legis divinæ, nihil noviſſe de gratia Dei, eſſe plenos cæcæ noctis ac infidelitatis, atq; ob id Satanæ mancipatos ac addictos, obnoxios iræ ac tremendo judicio Dei. 1. De corruptione Originali, & legis doctrinâ.

2. Hoc Dei judicium evitare aut evadere propriâ prudentiâ ac ſapientiâ, propriis viribus ac juſtitiâ prorſus eſt impoſsibile.

3. Nec poteſt hic ſuppetias homini ferre ulla creatura, ſive in cœlo ea ſit, ſive in terra, nec opus ullum, aut ulla paſsio.

4. Hæc Legis eſt Concio, quæ velut ante oculos noſtros noſtra nobis peccata & damnationem ponit, ut ea agnoſcamus.

5. Fitq; ab hac merito initium, neq; illi, quem hæc pars ſollicitum non habet, de Evangelio dicendum eſt, neq; enim appetit vel aſſequitur.

6. Itaq; hæc Legis Concio Evangelio velut copulata & conjuncta eſt, idq; antegreditur.

7. Poſtea docemus Patrem omnis miſericordiæ optimè multoq; melius quam ipſi nos miſerabilem ac calamitatis pleniſsimum interitum noſtrum perſpe- 2. De Salvatore noſtro Ieſu Chriſto.

 xiſſe,

xiſſe, quodq; liberari ex illo proprii neq; conſilii eſſet neq; opis.

8. Miſiſſe itaq; eum ac donaſſe nobis præter omne meritum noſtrum, imo contrarium meritis & merentibus, unigenitum Filium ſuum humana carne indutum.

9. Hic pro nobis mortuus eſt & reſurrexit.

10. Hic nos à peccatis noſtris, quibus planè oppreſsi & operti eramus, lavit ac mundavit.

11. Facitq; hujus ſui nos meriti participes, ſi id fide apprehendamus, hoc eſt, ſi ex animo omni fiduciâ ac plenâ ſpe coram Deo unicè in id recumbamus.

12. Quocirca Spiritum quoq; Sanctum hoc ſuo merito nobis impetravit, per quem in Chriſtum mediante Evangelii prædicatione credamus, per quem filios ac hæredes Dei nos eſſe certi efficiamur, per quem propter Chriſtum flagitare omnia à dilecto noſtro Patre per orationem valeamus, perſuaſi nihil eum relinquere inexauditum.

13. Eſt itaq; hac ratione ſi in Chriſto hæreamus, dilectus nobis Pater, qui nobis favet, nos fovet, noſtri curam agit, cum aliàs ſeverus ſit Judex.

14. Quisquis igitur de ſuis operibus, ſanctitate & cruce gloriatur, non verè adhuc didicit, quid ſit in Domino gloriari, & coram Deo in unum Chriſtum ſpem omnem reponere, quæ vera demum eſt germana & Chriſto digna fides, quæ ex injuſtis juſtos, ex filiis Satanæ filios Dei facit.

15. Hæc peculiaris & propria eſt Evangelii concio de Domino noſtro JEſu Chriſto, quæ gratis æternam tribuit vitam omni credenti præter quam unicam nulla eſt in terris ſalus.

16. Sen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

16. Sentimus & docemus neminem operibus propriis aut paſsione propria peccatorum vinculis liberari, & Chriſtianum aut filium Dei fieri poſſe, alias meritum Chriſti inane eſſet ac inutile. 5. De Chriſtiana vita.

17. Verum quando jam per fidem in album filiorum Dei adoptati ſumus, atq; ita per hoc conſcientiam habemus coram Deo pacatam, quietam & lætam, tunc Chriſtianæ vitæ fundamenta jacta ſunt, ut juxta divini præceptum verbi bene operari incipiamus, malo non reſiſtamus, ſed æquo & lubenti animo feramus.

18. Fieri hæc debent præcipuè hoc fine, ut glorificetur in his Deus, & exemplo noſtro invitetur proximus ad piè vivendum & bene operandum.

19. Quemadmodum Deus gratis prorſus in Chriſto nobis ſervivit, ut & nos idem paradigma imitaremur, & quàm rectiſsimè effingere conaremur.

20. Et utut maximè omnia feciſſemus (quanquam quis eſt qui ſe omnia feciſſe verè gloriari poſsit?) multas miſeriarum ac ærumnarum procellas perpeſsi eſſemus, nihil tamen feciſſe aut ſuſtinuiſſe nos exiſtimare debemus. Luc. 17. ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν, ὅτι ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν,

21. Pro nihilo enim nobis id omne deputandum eſt, ne ullo modo noſtris operibus aut paſsionibus fides in Chriſtum, qui ſolus ſalus noſtra, ſpes noſtra, redemptio noſtra eſt, corrumpatur, depravetur aut inficiatur.

22. Utq; ob malè actam vitam nobis deſperandum non eſt, deſiſtendum tamen eſt: ita contra vitâ honeſtè beneq; acta nitendum aut confidendum non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

eſt, neq; tamen relinquenda aut in improbitatem vertenda eſt.

23. Chriſtus interim ſolus noſtra ſit ſpes, noſtrum ſolatium, principium, finis.

4. De utroq; Sacramento. 24. De Baptiſmo & Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti credendum, eisq; utendum docemus, haud aliter quam ab ipſo Chriſto apertis ac manifeſtis verbis inſtituta ſunt.

25. Error igitur eſt intolerabilis dicere & docere, eſſe ea tantum ſigna inter homines, ac velut ſymbola, quibus Chriſtiani à paganis dinoſcantur.

26. Nos docemus non ſigna tantum hujuſmodi, ſed & vera ſigna æternæ ſalutis ac gratiæ eſſe inter Deum & hominem, ſi quis eis ritè juxta præſcriptum Chriſti utatur.

De baptiſmo. 27. Ubi ignoratur Chriſtus, nec perſonuit vox Evangelii, ibi neq; pueri neq; adulti baptiſmatis ſacramento inaugurandos dicimus.

28. Jubet enim Chriſtus docere Evangelium & baptizare.

29. Sicubi vero Chriſtus cum Spiritu & Evangelio ſuo habitat, ibi etjam liberi Chriſto ad aquam, ritu ab ipſo inſtituto, ut Spiritu Sancto baptizentur, offerendi ſunt.

30. Baptiſmus enim hominis non eſt ſed Chriſti & Sanctæ Trinitatis, quomodo Chriſtus præcepit baptizari non in nomine noſtro, ſed in nomine Patris, Filij & Spiritus Sancti.

31. Et quis de pueris baptizandis dubitet? Nonne ait Chriſtus? Ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με καὶ μὴ κωλύετε αὐτά. τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ.

32. Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

32. Quod ſi quis occinat, pueros non credere: contradicit Chriſto annumeranti pueros ad ſe adductos iis quorum ſit regnum cœlorum, quod jus ad ſolos credentes pertinet.

33. Nemo igitur auſit infideles aut damnatos dicere eos, quos Chriſtus fideles & beatos pronunciat.

34. Ille fidem pueris, ut ex fide juſtitiam nobis imputat, quemadmodum & olim Judæorum filios populo Dei & fidelium numero accenſebat, qui octavo die circumcidebantur, & tamen ſi rationem ſpectes quid ageretur ignorabant quippe infantes.

35. Objicienti pueros cum nequeant doceri non debere baptizari, reſpondemus duas res nobis de noſtris pueris præcipi, ut eos doceamus & baptizemus: doceamus cum poſſumus, baptizemus item cum poſſumus: ut & ſancti Patres eodem modo filios ſuos primum circumcidebant, deinde docebant ſuo tempore.

36. Omnino enim Chriſtianorum eſt filios docere ac in timore Domini educare, ne contemnendo ac negligendo Evangelium Satanæ præda fiant ii, quos per baptiſmum Deo obtulimus.

37. Cumq; omnibus gentibus terræ promiſſa ſit benedictio per ſemen Abrahæ, certè etjam liberi noſtri in hoc erunt numero.

38. Tantum illis juris eſt ad baptiſmi Sacramentum, quantum nobis adultis ex mera Dei gratia, ut certiſſimum hoc ſalutis ſignum, hoc eſt, baptiſma & lavacrum Domini noſtri JEſu Chriſti accipiant.

39. Petrus etjam filiis noſtris promiſſionem eſſe factam & baptiſmum propoſitum Actor. 2. clarè teſtatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

40. Qua ſpe & fide omnium ætatum Chriſtiani filios ſuos baptizarunt.

41. Diaboli vero ſtudium eſt impedire puerorum ſalutem, ſi poſsit, ne offerantur Chriſto, ac ab ipſo certum ſalutis pignus accipiant.

42. De baptiſmo in Papatu dato cenſemus: Sicuti Chriſtus circumciſionem per Phariſæos factam non damnabat, licet iſti humanis traditionibus homines ſeducerent: Dei enim erat circumciſio: ita nos quoq; non decet damnare baptiſmum parvulorum à Papiſtis exhibitum, etſi traditionibus ſuis homines ſeduxerint.

43. Baptiſmus enim Chriſti eſt, quo jubente nos Sacerdotes laverunt in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti: Cujuſmodi baptiſmus legitimus eſt & verus, etjamſi à Juda proditore miniſtraretur.

De Cœna Domini.

44. De Sacramento Cœnæ Dominicæ duo ſciri neceſſe eſt: Tum quid faciendum, tum quid credendum ſit.

45. Mandatum Chriſti manifeſtum eſt: Accipite, comedite, & bibite, ad mei commemorationem. Id nos ejus diſcipulos quos ipſe Evangelium docet facere convenit.

46. Quid vero id eſt quod accipi, comedi & bibi mandat? hic inquit panis corpus meum eſt, quod pro vobis datur aut frangitur: hic potus eſt ſanguis meus qui pro vobis effunditur in remiſsionem peccatorum. His Chriſti verbis nos ejus diſcipulos credere convenit.

47. Stulti igitur ſunt, qui cum univerſam Germaniam ſuis in Sacramentum contumeliis impleant,

Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Chriſtiani tamen haberi volunt, manifeſtum Chriſti mandatum & verbum non conſiderantes.

48. Cave in animum inducas tibi Chriſtum abfuturum à juſsis ſuis. Ipſe baptizat in aquæ lavacro, ipſe mihi ſub pane corpus ſuum comedendum, ſub vini liquore precioſum ſuum ſanguinem bibendum præbet in ſui commemorationem.

49. Monſtrantiæ, ut vocant, & Miſſæ purgatoriales nihil ad Chriſtianos.

50. Magiſtratui mundano obœdientia ſecundum Deum debetur maxima: tributum, inquam, vectigal, honor. Rom. 13. nec id tantum bonis ſed diſcolis etjam Dominis & gubernatoribus propter Dominum. 5. De ſeculari Magiſtratu.

51. Cæterum quo ad vitam externam & politicam, honeſto, convenienti & uſitato veſtium genere utimur, & ſcimus honeſtè victum quærendum, & cum aliis agendum, non mentiendum, non fallendum, ſed potius aliorum commodis ac ſaluti ſtudendum & inſerviendum. De vita externa & politica.

52. Sive nigris ſive dealbatis pileis utamur, ſive pluraliter ſive ſingulariter homines compellemus, nec peccatum per ſe eſſe cenſemus, nec pro bono opere jactitamus.

53. Deteſtamur illos, qui novos ordines incipiunt, & fanaticam comminiſcuntur ſanctitatem, nihil de Chriſto & Evangelio intelligentes, tantum ſine mente ſonos dantes, qui tamen interim omnium ſanctiſſimi ſibi videntur, ac contemnunt alios miſeros peccatores, exemplo Phariſæi Evangelici.

54. Nos autem debito ac ſuo quemq; honore afficimus, profitemurq; nos omnibus ſervire debere.

55. Quam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

55. Quam externam ſeu mundi juſtitiam & honeſtatem Deus etjam per verbum ſuum à nobis requirit: quod ſi quis prohibeat, cum illo minimè eſt faciendum.

56. Qui hodie ſub prætextu Evangelii, cum ob confeſsionem Evangelii per neminem pellantur, uxores, liberos, parentes, egentes cognatos relinquunt, lupi hi ſunt, non homines, de quibus Paulus 1. Tim. 5. pronunciat, quod fidem abnegarunt ac paganis pejores ſunt.

57. Hos articulos credimus nos ac docemus, inſtructi verbo Dei, nec dubitamus, omnes, qui huic doctrinæ adverſantur, Divina voce & autoritate damnari.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXIX.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Gerhardus Culemannus vocatus ad
Paſtoratum Simenbergenſem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX EPITOME RENOVATÆ ECCLESIASTICÆ DOctrinæ ſcripta Anno 1524. à Philippo Melanthone ad Principem Heſſorum.

1. Omnibus temporibus de religione vera ſeu Evangelio in mundum diſſeminato diſsimilia & varia fuerunt hominum judicia, ut teſtatur Paulus, cum queritur χριστὸν ἐσταυρωμένον, quem ipſe prædicat, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν, Judæis eſſe ſcandalo, Græcis videri ſtultitiem.

2. Præterea in his qui religionem amplecti videntur, hodie præſertim, magna eſt diverſitas & diſsimilitudo.

3. Sunt qui ventris commodis ducuntur: ſunt qui privata utilitate moventur: multos morum pertæſos veterum Luthero tanquam libertatis autori favere videmus: Quoſdam ambitio aut ſpes quæſtus invitat ad docendum novæ doctrinæ genus, quo ſe ad vulgus venditent: nonnullos incitat ad doctrinam operum tuendam hypocriſis: Longè paucisſimi metu divini judicii tum cognoſcere relligionis dogmata, tum ſequi in inſtituenda vita ſtudent.

4. Quia autem nullo peccato perinde offenditur Chriſtus, atq; Evangelii contumeliâ, cavendum eſt ne quid in negocio religionis, quod nunc agitur, ſtatuatur, quod officiat gloriæ Evangelii.

5. Debet autem ad hanc controverſiam judicandam afferri, non, quod fulgo fit, fallax rationis judicium, non depravati majorum mores, non male intellecta patrum ſcripta; ſed debet in talibus negociis ſcriptura conſuli, quemadmodũ præceptum eſt apud Eſaiam: ad legem & teſtimonium:

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Et Paulus ad ſcripturam nos revocat, quam ait divinitus eſſe inſpiratam, ut doceat arguat & erudiat nos iis de rebus, quæ ad pietatem pertinent: πᾶσα γραφὴ, θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.

7. Eandem & Petrus ſequi jubet ὡς λύχνον φαίνοντα ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ tanquam lucernam ſplendentem in obſcuro loco ſeu prælucentem nobis in his tenebris.

8. Etſi vero multa ſunt controverſiarum modernarum inter nos & adverſarios momenta: Duo tamen præcipuè loci ſunt de quibus hoc tempore (loquitur de primis certaminibus) potiſsimum diſceptatur.

9. Prior eſt qua in re ſit Chriſtiana juſtitia. Poſterior quid ſit de humanis traditionibus ſentiendum.

10. Sunt ſane permulti, qui judicant non de re, ſed de verbis controverſiam eſſe, & præter neceſsitatem ſeri contentiones à ſtultis aut etjam ambitioſis hominibus:

11. Verum expoſita cauſa apparebit fuiſſe magnas & graves cauſas & neceſſarias renovandæ Eccleſiaſticæ doctrinæ.

12. Ut igitur de priore loco, qua in re Chriſtiana juſtitia ſeu vera pietas ſit, prius dicam: ex fine Evangelii Lucæ ubi Chriſtus præcipit κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη colligi poteſt quid ſit Evangelium, & quæ ſit ea juſtitia, quæ Chriſti & Apoſtolorum miniſterio orbi innotuit.

13. Evangelium eſt prædicatio pœnitentiæ & remiſsionis peccatorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

14. Juſtitia verè Chriſtiana eſt, cum confuſa conſcientia per fidem in Chriſtum erigitur, & ſentit ſe accipere remiſsionem peccatorum propter Chriſtum.

15. Id non fit ſimulatione pœnitentiæ aut fiduciæ, imo cum Evangelium veritatem doceat, hypocriſin & ſimulationem, tum in pœnitentia, tum in fiducia damnat.

16. Etenim Spiritus Sanctus in cordibus humanis retegit peccatum, & perterret ac confundit conſcientias, & incitat ad confidendum Chriſti promiſsis, qui & ſatisfecit pro noſtris peccatis, & pollicetur gratis remiſsionem peccatorum.

17. Dixi hæc fieri à Spiritu Sancto. Nam nec metus ille divini judicii, quo verè & ſpiritualiter terretur, nec fiducia illa, qua erigitur & ſerenatur conſcitia, oritur, niſi Spiritus Sanctus corda moveat, quemadmodum teſtatur Chriſius Joan. 6. ὀυδεὶς δυώαται ἐλθεῖν πρὸς με ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ἑλκύσῃ ἀυτὸν. Et Paulus: homo naturalis ψυχικὸς οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ.

18. Etſi audias divinas comminationes aut promiſsiones, tamen pectus non aſſentitur, ſi non acceſſerit Spiritus Sanctus, qui oſtenſo peccato & judicio Dei, incutit terrorem conſcientiis per prædicationem pœnitentiæ, & ſublevat rurſum per Evangelium, id eſt per annunciationem remiſsionis peccatorum.

19. Sine operatione Spiritus Sancti nemo Deum rectè agnoſcit, rectè metuit, rectè credit.

20. Nam aut leniorem Deũ eſſe ſomniamus, quam qui tam graviter nobis iraſci poſsit, quod fere fit in rebus

bus ſecundis: aut crudeliorem eſſe judicamus, quam qui nos quantumvis implorantes à ſe auxilium reſpiciat, ut in rebus adverſis facimus: Deniq; ne unquam quidem ſerio ac verè ſentimus nos Deo curæ eſſe, ut illi dicunt apud Ezechielem: non videt Dominus nos, deſeruit Dominus terram.

21. Porro ubi cor vim tum iræ tum miſericordiæ Dei agnoverit: ibi demum veram de Deo opinionem concipit, qua ſe credit ei, ſperat, rejicit ſe in eum in rebus adverſis, metuit eum: Deniq; agnoſcit verè eum & reſpicere nos & judicare & ſervare.

22. In hunc modum Spiritus Sanctus parit in cordibus fidem, timorem Dei, dejectionem noſtri, caſtitatem, modeſtiam, ἀγάπην, χαρὰν, εἰρήνην, μακροθυμίαν, χρηστότητα, ἀγαθωσυνὴν, πραότητα, ἐγκράτειαν & ſimiles fructus Gal. 5. Et tum impletur id, quod prædictum eſt in Jeremia, ut inſcribatur Lex non tabulis ſaxeis ſed cordi digito Dei.

23. Hæc ſummatim eſt juſtitia Evangelica ſeu Chriſtiana ſublevari nos confuſa conſcientia per fidem in Chriſtum, per quem agnoſcimus vim miſericordiæ Dei, quomodo Chriſtus vitam æternam Joh. 17. definivit: Αυτη ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ιησοῦν χριστόν.

24. Vita æterna eſt illa ipſa juſtitia, quam prædicat Euangelium: Eam ponit Chriſtus ſimpliciter in cognitione patris & ſui.

25. Neq; vero id eſt noſſe Deum, quod hypocriſis & humana ratio ſimulat, cum nominat Deum. Neq; item id eſt noſſe Deum, ut vulgo docent præcepta ejus noſſe, aut utcunq; ſimulare. Norant Judæi nomē

 Dei,

Dei, norant legem, imitabantur ut ſimiæ: Et tamen Chriſtus negat eos noſſe Deum. Johan. 8.

26. Qui verè norunt, cum reformidant verè judicium ejus, tum verè etjam eriguntur in rebus adverſis, ut ab ipſo opem ſecuri expectent.

27. Parit enim fides tranquillitatem in corde & ſecuritatem, quam certè liberi arbitrii vires nullo modo præſtare poſſunt.

28. Hic veriſsimus Dei cultus eſt juxta Pſalmum: Invoca me in die tribulationis & eripiam te & honorificabis me.

29. Non vocat cultum Dei miſſas aut alias ceremoniolas aut opera, ſed invocare Deum in rebus adverſis, in quibus ratio ſentit plane ſe negligi nec reſpici à Deo: fides autem cor incitat ut de Deo bene ſentiat, & ſe Deo curæ eſſe ſtatuat.

30. Scio hæc quæ de quæſtione illa, qua in re ſit Chriſtiana ſeu Evangelica juſtitia, utcunq; adumbravi, partim obſcura partim ridicula videri. Sed quid facias? diximus multo ante hoc prædixiſſe Paulum. Judicabit autem Chriſtus nec connivebit ad noſtram impietatem.

31. Quis autem verbis exprimere ſatis queat, quantum ſit ſolatii miſeris conſcientiis in hac prædicatione, cum intelligunt ipſiſsimam juſtitiam eſſe, credere quod per Chriſtum remittantur peccata ſine noſtra ſatisfactione, ſine noſtris meritis.

32. Conſcientia erigi non poteſt ſatisfactionibus ac commentitiis operibus, ſed plane ſpem omnem ſalutis abjicit.

33. Edocta autem cognitione hujus doctrinæ ſeu Evangelii clarius aliquanto orbi eluceſcentis ſpem ſalutis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

tis concipit, nec ſpem modo concipit, ſed vires etjam ſeu robur adverſus peccata.

34. Retulerit autem rectè cognoſcere Evangelium. Non enim de ea fide loquimur quam ſimulat ratio, ſed de vera cognitione Dei, quæ parit timorem & cæteros bonos fructus: & requirimus pœnitentiam, quæ certè à malis operibus, ſi modo non ſimulatur, revocat nos.

35. Ceremonias & ſimilia Chriſtus hic non requirit, ſed hanc juſtitiam quam deſcripſi, cum ait: ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. Quare nec Moyſi ceremonias exigit.

36. Ab hac Chriſtiana ſeu Evangelica juſtitia prudenter diſcernenda eſt juſtitia humana, politica & pædagogia, quæ mores format, & ritus ac humana & civilia officia continet, docendo, exercendo, intra metas diſciplinæ continendo, à vitiis coërcendo &c. Quo pertinet etjam jus gladii, qui ut Paulus ait debet eſſe timori malis, honori bonis.

37. Pleriq; hodie ita prædicant religionem Evangelicam, ut nova impietas naſcatur, dum impii quidam homines ſimulant fidem, & de Chriſti nomine gloriantur, & ſecuritatem quandam carnalem concipiunt, à qua in magna vitia præcipitantur, nec coërceri ſe debere arbitrantur: negligitur & puerorum inſtitutio & hoc genus alia.

38. Huic autem pædagogiæ ſubjecit Deus omnes, qui vel non ſunt in Chriſto, vel imbecilles ſunt Gal. 3. & 4.

39. Etenim multitudo, pueri, & reliqui ſimiles pueris, etjamnum legibus & certis officiis erudiendi, regendi, & coërcendi ſunt, quo conſilio procul dubio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

olim monaſteria condita ſunt, ubi pueri juxta hanc pædagogiam ſeu diſciplinam inſtituerentur.

40. Sed talis pædagogia, quanquam divinitus præcepta ſit, non tamen juſtificat coram Deo, ſed ut Paulus ait ſunt ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, hoc eſt, ordinationes quæ neceſsitati humanæ ſerviunt.

41. Quod ſi opinio cultus & juſtitiæ acceſſerit, peccatur: quemadmodum videmus in monaſteriis pædagogiam verſam eſſe in impium & commentitium cultum Dei.

42. Contra hanc de juſtitia Evangelica Theologiam, Ariſtotelici Theologi docent mereri nos noſtris viribus & noſtro conatu gratiam, peccata remitti propter ſatisfactiones noſtras (quibus dogmatibus plane obſcuratur ſatisfactio Chriſti) Fere item nec in pœnitentia nec in juſtificatione requirunt Spiritum Sanctum, ſed rationis conatu contenti ſunt, qui tamen nihil aliud niſi mera hypocriſis eſt, teſtante Paulo: πάντες ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ.

43. Hinc apparet diſcrimen Theologiæ Chriſtianæ ſeu Evangelicæ & Ariſtotelicæ, ſeu utriusq; doctrinæ de juſtificatione, quod etſi obſcurum ſit, quia oculis carnis cerni non poteſt: à piis tamen ſatis cognoſci hinc poteſt, in verbis tantum an re controverſia ſit.

44. Evangelium propter Chriſtum gratuita remisſione peccatorum erigit conſcientias. Ariſtotelici doctrinâ meritorum adigunt ad deſperationem.

45. Evangelium docet corda per Spiritum ſanctum purgari & renovari, ut agnoſcant Deum, fidant Deo, & timeant Deum. Ariſtotelici rationis hypocriſi hæc perfici poſſe putant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

46. Sequitur locus poſterior, diſputatio de humanis traditionibus, quæ licet minus quam ſuperior obſcura ſit, neſcio tamen qui fiat ut majores motus in orbe excitet.

47. Et cum Lutherus magis urgeat illa, quæ jam dixi, de pœnitentia, de gratuita remiſsione peccatorum, de fide & ſpe, & moneat ibi ſummam eſſe religionis: tamen non parũ multi ſunt, qui exiſtimant, nihil docere Lutherum, niſi humanarum traditionum contemtum, & hi ſe valde pios eſſe putant, ubi in ſacerdotes fortiter debacchati ſunt, aut contra morem carnes ederunt. Recte ergo judicandum eſt.

48. Cum dicat Dominus apud Eſajam, fruſtra ſe coli mandatis hominum, quam ſententiam Chriſtus apud Matthæum repetit: impietas eſt traditionem ullam humanam inſtituere aut ſervare pro cultu Dei.

49. Sunt autem quædam traditiones humanæ non impiæ, quæ citra peccatum libertate Chriſtiana ſervari poſſunt, de quibus ſatis eſt juxta Evangelium ſentire, quod non juſtificent ſervatæ, neq; obſint neglectæ, & tamen pacis ſtudio retulerit ſervari eas civiliter.

50. Sunt aliæ, quæ citra peccatum ſervari ne poſſunt quidem, cujusmodi eſt impurus ille cœlibatus, qui crudeliter & impiè contra Chriſtum & Paulum exigitur.

51. Neq; enim ulla traditio humana contra verbum Dei conſtituere aliquid debet: neq; valent vota his in rebus, quæ ſine peccato præſtari non poſſunt, ſed reſcindenda ea ſunt.

52. De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

52. De re miſſaria non attinet hic diſputare, cum negociationem in miſsis, & eorum mores, qui rem miſſariam prophanant, ne Papiſtæ quidem ipſi probare poſsint: Et tamen neq; hanc corrigi patiuntur.

53. Libertas Chriſtiana nobis jus facit utendi ceremoniis humanis non impiis aut non utendi.

54. Multitudo nonnunquam utrinq; irritatur à ſeditioſis concionatoribus. Nam & qui Papæ patrocinantur, impiis concionibus & libellis, tantum exacerbant animos hominum: Et quidam pſeudolutherani prophanis & ſeditioſis clamoribus, dum gratificantur multitudini, alioqui cupidæ novarum rerum, paſsim ſeditiones excitant.

55. Neq; enim fieri poteſt unquam, quin privatis cupiditatibus nomen Evangelii prætexatur.

56. Det igitur operam Magiſtratus, ut honeſtis conſiliis opem afferat reipublicæ.

57. Nam qui ſimpliciter opprimere Evangelium conantur, nihil promovebunt. Sic eſt Evangelium non poteſt humana vi opprimi.

58. Rurſus hi qui nimium multitudini vel metu vel ſtultitia permittunt, non provehunt Evangelium, ſed alunt furorem multitudinis in publicam perniciem.

59. Et cum abutitur multitudo verbo Dei plus lædit Evangelii gloriam quam qui adverſantur.

60. Oportet igitur Magiſtratum & facere copiam docendi Evangelii, quod cum rectè traditur, pacem & tranquillitatem docet, non excitat ſeditiones: & coërcere furorem multitudinis, quæ impio prætextu Evangelii tumultuatur, ac in aliorum fortunas impetum ſe minatur facturam. Nam in hoc gerunt arma principes ut ſint φόβος τῶν κακῶν ἔργων.

61. Dei

61. Dei donum pax eſt, & eximium quidem, nec poterit conſervari, ſi in opprimendo Evangelio principes Deum à ſe alienarint.

62. Sacræ hiſtoriæ regem Joſophat prædicant, quod conſtituerit Levitas, qui religionem docerent. Hujus exemplo debebant principes curare moderatos & bonos viros qui ſacra docerent.

63. Nec pueri negligendi, quod ea ætas rerumpublicarum veluti ſeminarium ſit, artesq; illæ omnes conſervandæ ſumma cura, quas vel religio vel puerilis inſtitutio requirit.

64. Commendo religionis cauſam conſcientiæ tuæ, cujus ſi rationem habueris, mavoles Joſophat imitari quam Pharaonem. Opto autem ut Chriſtus Spiritum tibi ſuppeditet & voluntatem optimè conſulendi & tuæ & publicæ ſaluti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXX.
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit

M. Petrus Boethius Scholæ Huſenſis
Rector vocatus ad Paſtoratum Tetenbyllenſem in Eiderſtadia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

HENRICI ZUTPHANIENSIS CONFESSIO SEU ARTICULI DE

peccato & Natura hominis corrupti, de lege, de Evangelio & juſtificatione, de charitate ſeu bonis operibus, oblati Archiepiſcopo Bremenſi Buxtehudæ, & Bremæ Anno 1526. 1. Feb. typis expreſsi brevibusq; notis & ſcripturæ dictis illuſtrati.

1.Caput de Natura.

1. Homo natus ex carne nondum γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος, caro eſt ipſe totus, & quicquid eſt in ipſo, nihil ſapiens, nihil capiens, nihil volens, nihil valens, niſi carnalia. Gen. 6. τὸ γὰρ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστι Joh. 3.

2. Caro quia non percipit ea quæ Dei ſunt (ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ. 1. Cor. 2. ἡ γὰρ σὰρξ καὶ τὸ πνεῦμα ἀντίκειται ἀλλήλοις. Gal. 5.) cæca eſt & in tenebris manet. Epheſ. 5. ἦτε ποτε σκότος.

3. Caro quia regnum Dei poſsidere non poteſt (1. Cor. 15. σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται) ſub peccato, ſub principe mundi, ſub ira Dei manet. Joh. 3. 8. Eph. 2.

4. Caro quia Lege Dei ſubeſſe nequit, tota peccatum, mors, & infernus eſt damnationis. Rom. 8. 6. 3.

5. Homo enim dum vivum verbum (quo conditus erat) deſeruit, ſtatim mortuus eſt, & Spiritu Dei vivificante privatus, factusq; carnalis, hoc eſt, ad malum omni ſenſu & conatu inclinans, nihil meditans, nihil appetens, niſi quæ carnis ſunt, non valens ſervire Deo, neq; quicquam propter ipſum bonum ſed in ſui gratiam omnia faciens. Gen. 1. 2. 3. 4. 5.

6. Vo-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Verum mors iſta, licet nunquam non ſit perniciosa, tollens vitam & omnes actus ejus:

7. Tamen dum pro vita habetur, multo omnium eſt pernicioſiſsima, ut apparet Joh. 9. ubi quærentibus ex faſtu Phariſæis: μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν; εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς: εἰ τυφλοὶ ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν. νῦν δὲ λέγετε ὅτι βλέπομεν, ἡ οὖν ἁμαρτία ἡμῶν μένει.

8. Impia cæcitas, quæ hanc cæcitatem neſcit, impius ſtupor, qui hanc mortem non ſentit. Hinc Apoſtolus 1. Tim. 1. fatetur ſe ſub Phariſaiſmo fuiſſe blasphemum.

9. Sed impiiſsimus Ariſtoteles, qui cæcitatem lumen, & mortem nobis ſuadet eſſe vitam.

10. Dum rationem ad optima excitantem & liberum arbitrium rationi obtemperans ſtatuit in natura, atq; hoc pacto hominem ad beatitudinem perduci profitetur.

11. Scilicet ab arbore jam ex radice peſsima colligens fructus tam bonos tam felices. Cum contra ſcriptura hominem pronunciet πονηρὸν Luc. 11. nec poſſe δένδρον σαπρὸν καρποὺς καλοὺς ποιεῖν. Mat. 7. ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. Gal. 5.

12. Talis eſt doctrina moralis ſententiariorum noſtrorum non docentium oportere prius malam arborem regeneratione & gratuita juſtificatione fieri bonam, antequam ipſa opera bona exiſtant.

13. Quod vel me tacente probant cæcitatis fructus quos videmus 1. cap. ad Rom. v. 24. & ſequentibus ad vivum expreſſos.

14. Sic enim debuit illudi vanitas cordis humani, quæ οὐκ ἐδοκίμασε τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει ut traderetur juſto Dei judicio εἰς ἀδόκιμον νοῦν ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Quam pœnam ſcriptura paſsim minatur. Eſai. 6. Johan. 12.

15. Ut cæcam ſequendo Philoſophiam in tantam rueret ſentinam perditionis.

16. Manet ergo homo ſicut in peccatis conceptus, ita in damnatione mortuus, quantos quantos eliciat actus bonos. Manet ſiquidem ex ſe caro, nec ſine gratia Dei ex hac corruptione emergere poteſt, utut opera in ſpeciem præclara edat. Joh. 6. 15. Rom. 4. 9. 11. Gal. 3. Eph. 2. Phil. 2. 2. Ti. 1.

17. Nec hoc dico quaſi actus morales, quia non ſunt ex gratia eliciti, à Deo reprobentur, quemadmodum quidam docuerunt, poſſe hominem propriis viribus legis divinæ præceptis ſatisfacere: rejici autem à Deo opera ante gratiam facta, ideo tantum, quod ex ipſius gratia non ſint nata, aliâs omni ex parte bona, recta, legitima.

18. Qui dum habitu gratiæ divinæ veluti veſtiti procedunt, fierent Deo grati, unde conſequens eſſet, culpam rejectionis operum non renatorum, non eſſe in ipſis operibus ſed in Deo, qui gratiam ſuam iis addere nolit. Verum ſecus res habet, omnia enim opera quæ non proficiſcuntur ex fide contaminata ſunt peccato originali, neq; fiunt ex Deo, in Deo, propter Deum, ideoq; non probantur.

19. Sed cor hominis non renati vanum eſt, omnia interiora ejus prava ſicut Paulus ex 14. Pſalmo deducit.

20. Nihil habens in radice, trunco & fructibus non venenatum. Eſa. 64. Pſal. 51. 116. 143. Rom. 8.

21. Sola quippe folia ſunt ficus & occultamenta dedecoris, quicquid unquam eſt ab hominibus morale conſutum. Gen. 3. Eſ. 9. 41. Mat. 23. Luc. 11.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

22. Hactenus de natura unde patet hominem non renatum extremè corruptū & bis miſerum eſſe, quod ſuam corruptionem non agnoſcat, ſua omnia ceu ſancta & divina magnifaciat. Ut igitur in ſui agnitionem deducatur lex proponenda eſt, de qua jam dicetur.

23. Quoniam autem bis cæcus erat & bis mortuus 2. Caput
homo, quia dicebat, video & vivo, ſcilicet ſic in- de lege.
ſtructus per Philoſophiam:

24. Ideo ſubintroivit lex, ut oſtenderet peccatum & refricaret illius immedicabile vulnus mortem. Hoc enim legis officium eſt, ut homini peccatum manifeſtet, διὰ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. Rom. 3 Gal. 3. Neq; quisquam hominum intelligeret mali originalis humanæq; corruptionis profunditatem, niſi ex lege eam diſceret. Rom. 7.

25. Eſt autem lex clara mandatorum Dei expreſsio quam vidit igneam Moſes in dextera Dei.

26. Quæ niſi veles faciem Moſi velamine ſeu fuco (ut faciunt hypocritæ legis verum & genuinum ſenſum ſtudio obfuſcantes, & tantum ad externa determinantes) ſolummodo terret, peccatum arguit, peccatores & inimicos Dei conſtituit. Ideo Paulus 2. Cor. 3. vocat διακονίαν τοῦ θανάτου. Et apud Prophetam vocantur præcepta non bona.

26. Omnes enim concludit ſub peccatum, qui non permanſerint in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis. Deut. 27. Gal. 3.

28. Non quod faciat peccatum, ſed energia ſeu δύναμις eſt peccati, ſicut ſol excitat fœtorem cadaveris, ut ſordeſcat nimis. Lex cum interminatione bonum præcipit, quod dum nos præſtare non valemus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſequitur occultum adverſus Deum ejusq; præceptum odium. Mallemus enim naturâ eſſe ſine lege quam ſub lege tali. Natura enim ad legem non congruit, ſed ab ea abhorret. Ita ſol omnia lætificans & vivificans habet alienos effectus in objectis ſecus diſpoſitis. Sic aqua calcem ſuccendit. Vide Rom. 5. 7. 1. Cor. 15.

29. Mortuus euim eram in peccato, ſed neſciebam ante legem. Peccatum eſſe, ſi quis vivat ſecundum naturæ ductum, nemo intelligit, niſi ex lege, quæ docet quam longe abſimus ab imagine Dei ad quam conditi ſumus. Rom. 4. 5. 7.

30. Eſt ergo gladius à paradiſo arcens, imo peccatorem judicans & occidens. Gen. 3. Joh. 5.

31. Unde, utut ſit bona lex, utut ſit mandatum ſanctum, aliud tamen quam mortem & damnationem in peccatore per ſe ſola non operatur. Rom. 7.

32. Quisquis autem requieſcit in lege (in illa ſubſiſtens non ulterius pergens, inquirens) ſub obſervantiâ mandatorum quærens juſtitiam, diſcipulus Moſi dici poteſt (quemadmodum Judæi Joh. 9.) non tamen erit.

33. Veſtimentum quippe ſcindit, non cor (hypocriticè peccata agnoſcit & ſub velamine) & contempto vivo Moſe, cum larva ludit & velo faciei ejus, concipiens ſibi Moſen alium & aliter, quam qualis & quomodo eſt.

34. Alioqui vivus Moſes fidelis ſervus eſt in domo quam filius hæreditavit Ebr. 3. Viva lex, pædagogus recta ducens ad unum magiſtrum Chriſtum. A Moſe igitur diſſentit, qui in Moſe ſubſiſtit, cujus ſcopus erat populum ad Chriſtum adducere. Ebr. 7.

35. Et hæc de lege divina, de humanis autem legibus

ſeu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſeu traditionibus Chriſtus Math. 15. ſententiam pronunciat dicens, hypocritæ, bene prophetavit de vobis Eſaias dicens, Populus hic &c. fruſtra colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Es. 29.

36. Quandoquidem igitur impoſsibile erat vel apicem præterire de lege, donec omnia fierent, ut ait Salvator reproducens Moſen quem Phariſæi obſcuraverant. Mat. 5. 5. Cap. de Evangel. & fide,

37. Oportuit ſub maledicto concludi univerſum ſemen Adæ. πάντες γὰρ ἥμαρτον καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ: Suntq; ὑφ' ἁμαρτίαν Ιουδαῖοι τε καὶ Ἕλληνες πάντες Rom. 3. ideoq; ἐπικατάρατοι. Gal. 3.

38. Donec veniret ſemen, cui benedixit Dominus, dicens: ipſum conteret caput ſerpentis. Gen. 3. 12. Atq; fide in hoc ſemen futurum ſeu exhibendum ſalvati ſunt cives veteris Teſtamenti, non minus quam nos fide exhibiti. Heb. 11.

39. In iſto quoniam complacitum erat Patri, tota lex impleta eſt & prophetæ. Mat. 3. Mar. 1. Luc. 3. 9. Math. 5. Rom. 10.

40. Solus ipſe ſervus legis & dominus, totum peccatum tolerans & tollens, mortis rapina ſimul & laqueus, captivus inferni quem dirupit. Jo. 1. Phil. 2. Eſ. 53.

41. In quo ſicut omnia ſunt creata, ita oportet omnia recreari Jo. 1. Gen. 1. Col. 1.

42. Nec plus efficit nova creatura ad ſui recreationem, quam vetus illa cooperata eſt ſuo creatori. Non enim homo cooperatur, aut ex ſuis viribus quicquam confert, ut ex definitione catechetica liberi ſeu potius ſervi & peccato captivi & mortui arbitrii in primo motu converſionis ſeu regenerationis hominis poſt lapſum conſtat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

43. Nullo modo ſenex poteſt introire in ventrem matris & renaſci (eadem eſt ſententia quæ theſis præcedentis) ſed totaliter novum cor & novus homo creatur ſecundum Deum in juſtitia & ſanctitate veritatis.

44. Dum fide credit cor novum ad juſtitiam non dubitans quin acceperit poteſtatem ſeu ἐξουσίαν τέκνον θεοῦ γενέσθαι credens in nomine Chriſti.

45. Nec fidem hic accipio mortuam illam literam recenſendi tum veteris tum novi teſtamenti narrationes & ſcripta.

46. Neq; enim ſi omnes articulos fidei in litera noveris, & quicquid ſequitur ex eis, Chtiſtianus eris, niſi omnia & ſingula tua eſſe & ad te pertinere ſimul ſtatuas.

47. Sic enim dæmones natum crucifixum & mortuum Chriſtum ſciunt & credunt atq; contremiſcunt. Epiſt. Jacobi.

48. Imo reſurrexiſſe & judicaturum vivos & mortuos.

49. Sed fidem dico certiſsimum teſtimonium Spiritus Chriſti teſtificantis ſpiritui noſtro, quod nos ſimus filii Dei. Rom. 8.

50. Nihil habentes minus, quam ipſe filius, quem habemus per fidem habitantem in cordibus noſtris.

51. Cujus juſtitia noſtra eſt, peccati, mortis, & inferni triumphus noſter eſt, cujus totum regnum noſtrum.

52. Ita ut nihil habeat pater, quod non habeat filius, & nihil habeat hæres, quod non habeant cohæredes, quos non erubuit vocare fratres. Es. 9. Rom. 8. Joh. 17. Heb. 2. Col. 3.

53. In

53. In qua hæreditate tantum accipis, quantum credis, imo omnia poſsibilia ſunt credenti. Luc. 9. Eph. 3. Heb. 3.

54. Nec quicquam mereris gratiæ quia filius iræ Eph. 2. nec gloriæ, quia jam pridem filius & hæres. Ergo nullum omnino locum habet meritum humanum, nec ante nec poſt gratiam. Ubi ergo meritum congrui, condigni?

55. Si enim aliquid eſt ex merito jam gratia non eſt gratia, nec Chriſtus plenus gratia & veritate. Ro. 10. Joh. 1.

56. Num ergo ceſſabimus à bono, quia noſtris officiis nihil meremur? 4 Cap. de charitate & bonis operibus.

57. Imo ideo non ceſſabimus à bono, quia gratis nobis dedit pater nec opus eſt ut mereamur. Conſideratio enim inexhauſtæ bonitatis Dei omnia gratuito nobis paternâ liberalitate propter filium donantis, ultra quam cogitari dicive poteſt nos exſtimulare debet, ad diligendum, filialiter timendum, omniq; obœdientiæ obſequio colendum patrem tam beneficum, tam propenſum, tam modis omnibus optatiſsimum.

58. Alioqui ceſſet & bonus filius obſequi Patri, cujus ſcit ſe nullis meritis eſſe hæredem. Non ut hæreditatem mereatur filius patrem colit, utpote ad quam generatione jus habet, ſicut ſervus ut plurimum mercedis gratia officium qualitercunq; facit: verum quia filius eſt & patris autoritatem, animum & merita agnoſcit.

59. Quin potius Paulo monente τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν ὃ καὶ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ. Phil. 2.

60. Qui jam dum conceptus filius & hæres, factus eſt obœdiens patri uſq; ad mortem, non ut cœlum

mere-

mereretur, cujus jam erat hæres, nec quod legi ſubeſſet, ſed quia ſponte ſe ſubjicit: totumq; id propter nos. ita fideles ſinguli ſatis ſe in Chriſto opulentos ſtatuant, totos ſe Deo & proximo mancipent.

61. Ita & nos, ſicut Chriſtus nos, portemus fratrem & omnes neceſsitates ejus adimplentes (quam ipſe ſuſcepit) legem Chriſti, tum in vita tota Luc. 6. Mat. 18. Joh. 15. Rom. 13. tum in uſu Chriſtianæ libertatis Rom. 14.

62. Nunquid ideo nolimus obſequi patri, quia ἐχαρίτωσε nos in dilecto filio ſuo?

63. Pereat ergo fides illa ſtupore dormitans, perurgentem ad charitatis officia Spiritum non ſentiens. De qua fide recte dictum eſt: ὥσπερ τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστιν: οὕτω καὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων (ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ) νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν.

64. Ariſtotelicus forte fuerit aliquis habitus ille quem neſcias, non vivus Chriſtus. Res enim longè alia eſt loqui de habitu virtutis, de quo Philoſophi tractant, alia de fide in Chriſtum ardente & vivifica.

65. Eſt enim ſermo Dei vivus & efficax & penetrantior omni gladio ancipiti. Heb. 4. Fides ergo quæ non ſecum trahit jucundiſsimum comitatum bonorum operum non eſt vera atq; ex verbo Dei hauſta ortave fides.

66. Ne ergo metuito ſi fidem habeas, charitatem non mox comitaturam. Si enim germana ſit fides, charitas ne per momentum abeſt, vtpote nexu individuo illi conjuncta.

67. Imo jam Spiritu duceris, & ſpontaneus raperis ad omnia exemptus à lege. θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν. Phil. 2. οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα ὄντες τὰ τοῦ πνεύ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

πνεύματος φρονοῦσιν. ὅσοι γὰρ πνεύματι θεοῦ ἄγονται οὗτοί εἰσιν υἱοὶ θεοῦ. Rom. 8. Ubi igitur abeſt ὁ τοῦ πνεύματος καρ-πὸς ipſum quoq; ſpiritum abeſſe ἀναντιῤῥήτως verum eſt. Gal. 5.

68. Hactenus illa, quorum ſumma huc redit, ut agnoſcatur Natura humana ex ſe caro, mors, cæcitas &c. per legem fortiter arguenda, ex Evangelio Spiritu Chriſti per fidem regeneranda & juſtificanda, charitate deinde & bonis operibus talis demonſtranda &c.

69. Cæteroquin paſsim occaſio offertur de pleriſq; doctrinæ locis piè cogitandi & conferendi.

70. Epilogi loco addo verba D. Camerarii ex vita Melanchthonis pag. 99. Auxit triſtitiam hanc nuncius crudeliſs. hoc anno (1524.) interfecti viri gravis atq; conſtantis & doctrina egregiè inſtructi, magnanimi quoq;, ſed & ſapientis & perquam modeſti Henrici Sutphanienſis &c. De cujus mortis autoribus & architectis hoc reperiebatur, ut fraude & malitia vicini ſacerdotii eam oblatam eſſe optimo & ſanctiſsimo viro dubitaret nemo. Valde hunc Philippus Melanchthon dilexerat, & fuerat aliquando Vuitenbergæ carus univerſis, & celebravit eundem Philippus mentionibus honorificis, quas inſeruit ſcriptis ſuis.

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXXI
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Joachimus Dragun vocatus ad Paſtoratum Sueſingenſem.

M DC VI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

LIBELLUS D. PHILIPPI

Melanthonis, cui titulus

ARTICULI DE QUIBUS EGERUNT

per viſitatores in regione Saxoniæ

Anno 1527 ſcriptus, & Anno 1542 in ordinat. Eccleſiaſt. miniſtris verbi in ducatibus Schles. & Holſ. commendatus, in agones tres diſtributus.

Cap. 1. de doctrina decalogi, timoris & pœnitentiæ. 1. De decalogo examinandi ſunt Eccleſiarum miniſtri per viſitatores, an doceant decalogum, ex quo tradant doctrinam timoris DEI, & de virtutibus & vitiis, tum de præmiis & pœnis corporalibus & perpetuis, earumq; differentiam.

Proleg. Loc. 3. 4. 8. 9. 2. In tradenda enim doctrina cœleſti debent paſtores exemplum Chriſti ſequi, qui quoniam pœnitentiam & remiſsionem peccatorum docuit, debent & illi iſta tradere Eccleſiis.

Proleg. Loc. 3. 4. 5. 8. 9. Mat. 4. Mar. 1.

Loc. 5. 8. 3. Vulgare admodum eſt nunc vociferari de fide, & tamen intelligi quid ſit fides non poteſt, niſi prædicatâ pœnitentiâ.

4. Planè οἶνον νέον ἐις ἀσκοὺς παλαιοὺς βάλλουσιν, qui fidem ſine pœnitentia, ſine doctrina timoris Dei, ſine doctrina legis prædicant, & ad carnalem quandam ſecuritatem, quæ deterior eſt quam omnes errores antea ſub Papa fuerunt, vulgus aſſuefaciunt.

Loc. 3. 5. Quod genus concionatorum Jeremias deſcribit, vituperans eos qui dicunt: Pax, pax: & non eſt pax: & graviſsimè Ezech. 3. minatur Dominus concionatoribus hanc doctrinæ partem prætermittentibus.

6. Etc-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Etenim iſti, qui pœnitentiam negligunt docere, Pro.
unam de principalioribus partibus Evangelio detra- Loc. 3.
hunt, cum dicat Paulus, ſcripturam divinitus tradi-
tam eſſe ad arguendum, corripiendum &c.

7. Sic autem pœnitentiam docere debent, ut hor- Loc. 8.
tentur auditores ad contritionem, quæ præcipua pœ-
nitentiæ pars eſt, & in ſcripturis vocatur mortifica-
tio, ad quam pertinent dicta Ezech. Cum ingemue-
rit peccator. Joel. Scindite corda veſtra. Et Jeſa.
Ubi habitabit Dominus? In ſpiritu humiliato.

8. Ad pœnitentiam autem legis prædicatio provo- Loc. 3. 8.
cat, quam ita inſtituant paſtores, ut aliquando totum
decalogum enarrent ordine, aliquando certum ali-
quod vitium vituperent, & copiosè declarent, quam
graviter DEus offendatur, & quas pœnas minetur.

9. Neq; enim ſatis eſt præcepta enarrare, ſed etjam Loc. 3.
pœnæ commemorentur, quas Deus minatur pecca-
toribus.

10. Neq; tantum de æternis, ſed etjam de præſen- Loc. 3. 9.
tis vitæ pœnis docendum, quia Dominus non tantum 10.
poſt hanc vitam, ſed multa etjam in hac vita exempli
cauſa punit, ut ad pœnitentiam alios invitet.

11. Unde Gen. 18. ait angelus, ſe ſupplicium Sodo- Proleg.
morum ideo Abrahæ dicere, quod ſciat, cum ejus rei Loc. 3.
memoriam transmiſſurum eſſe ad poſteros, ut cuſto-
diant viam Domini. Et de interempto Pharaone,
deq; aliis, quæ acciderant in exitu ex Ægipto, præ-
cipit Moſes populo Iſrael: Narrate ea filiis veſtris.

12. Hæc enim omnia non propter ipſos, ut Paulus Proleg.
ait, ſed propter nos ſcripta ſunt, ut diſcamus timo- Loc. 3.
rem DEI, qui initium eſt ſapientiæ.

13. Facit etjam ad docendum, exponere qualis ſit

Lo.2.4.9. ſtatus hominis à Deo non gubernati, qui cum in po-
teſtate Diaboli ſit, impellitur ad omne genus flagitio-
rum, quemadmodum videmus, quas occaſiones cæ-
dis & aliorum ſcelerum multis adferat, ut eos prorſus
perdat.

Lo.1.2.4. 14. Neq; ullis verbis explicari poteſt, quanta mala
impendeant his, quos Deus non tegit aut defendit ad-
verſus Satanam. Quo ruit Saul? Quo prolapſi ſunt
Cain, Abſolon, Achab & ſimiles impii, quia Deus
Rom. 1. eos non gubernabat, ſed παρέδωκεν ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις
τῶν καρδιῶν αὐτῶν?

Prol. 15. Ejusmodi exempla exponenda ſunt multitudi-
Loc. 1. 3. ni, ut invitetur ad pœnitentiam, & ad petendum au-
6. 8. xilium à Deo, atq; ita doceatur id, quod Chriſtus
docuit.

Loc.3.9. 16. Hæc vulgo inculcare multo ſatius eſt, quam
vociferari de monachis, & eſu carnium, & ſimilibus
rebus, quas vulgus vix unquam rectè intelligit.

Cap. 2. de doctrina fidei & juſtificationis. 17. Secunda pars doctrinæ eſt doctrina remiſsionis
peccatorum ſeu fidei, ubi examinandi ſunt curati,
quomodo fidem doceant, quid ſit fides, quo conſe-
quamur eam, & quo doceant homines juſtificari.

Proleg. 18. Hæc doctrina ita demum intelligi ab auditori-
Loc.5.8. bus poteſt, ſi antè doctrinam timoris ſeu pœnitentiæ
Loc.3.8. audierint, quia fides non poteſt concipi, niſi in cor-
de contrito.

Lo.3.5.8. 19. Sic autem fides doceatur, ut primum oſtenda-
9.10. tur quid ea ſit, videlicet, credere quod DEus nobis
condonat peccata propter Chriſtum, & quia pecca-
ta condonat, adſit etjam, regat & gubernet nos, &
ſit ſalvaturus.

Lo.1.5.8. 20. Monendi etjam ſunt homines, fidem eſſe non
tan-

tantum credere remiſsionem peccatorum, ſed etjam hoc accedere oportere, ut credamus nos poſt condonationem peccatorum defendi & regi à Deo.

21. Condonantur autem nobis peccata non propter noſtra merita, ſed propter Chriſtum, quia, ſi merita noſtra juberentur reſpici, conſcientiæ adigerentur ad deſperationem. Loc. 5. 6.

22. Igitur etjamſi haberemus merita & bona opera, tamen ea non valent ad placandum Deum, juxta illud: λέγετε, ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοι ἐσμεν. Item, Non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. Loc. 6. Loc. 17.

23. Juſtificamur autem ſatisfactione Chriſti, qui diligenter oſtendatur populo, cur miſerit eum pater, ut ſcilicet ſatisfaceret pro peccatis noſtris, & ut propter ipſum receptis in gratiam detur Spiritus ſanctus, à quo ſanctificentur, regantur & cuſtodiantur electi credentes. Loc. 1. 5. 6. 8. 9.

24. Fecerunt doctores tres partes pœnitentiæ, contritionem, confeſsionem & ſatisfactionem. De contritione jam diximus. Satisfactio autem non eſt noſtra aliqua opera, ſed Chriſtus, ſicut Johannes ait: αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Loc. 6. 8. 1. Iohan. 2.

25. Secundò, ſuperioribus ſemper adjiciant paſtores, & doceant, in quibus poſsit eſſe fides, ſcilicet in corde contrito, & arguant eos, qui ſomniant ſe credere aut fidem habere, cum non habeant timorem DEI, cum non habeant cor contritum, quod neceſſe eſt præcedere fidem, ſicut aurora oriente ſole diem naturaliter præcedit. Lo. 3. 5. 8.

26. Tertiò, doceant quomodo corda concipiant fidem, ſic videlicet. Quando Deus miſertus perterrefacit cor, & incutit alicui metum judicii: ea eſt pœniten- Loc. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8.

nitentia ſeu contritio : ſi tum audiat Evangelium, hoc eſt, ſi audiat ſibi condonari peccata propter Chriſtum, & credat certò ignoſci, ut ſic erigatur cor, & concipiat conſolationem. Hæc cum verè fiunt in corde & non ſimulanter, tunc fidem concipit cor, tunc etjam concipit Spiritum ſanctum, qui affert fructus fidei, ſcilicet, humilitatem, caſtitatem, patientiam, charitatem, & ſimiles fructus : ibi cor concipit propoſitum bonæ vitæ, & odium peccati, Rom. 6. ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε. Rom. 8. εἰ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε.

Loc. 5. 27. Symbolum etjam Apoſtolorum Eccleſiis enarrent paſtores, & in ejus expoſitione ad articulum, credo remiſsionem peccatorum reſpici jubeant, & ad illum omnes articulos ſuperiores conferendos eſſe doceant.

Lo. 3. 5. 8. 28. Somniant quidam, credere idem eſſe, quod tenere hiſtoriam de Chriſto, eaq; cognita juſtificari homines. Verum hi longè aberrant. Ea etenim fides demum juſtificat, quæ credit remiſsionem peccatorum.

Cap. 3. de fructibus iuſtificationis. Et primum de patientia & tolerantia in cruce.

29. Diximus itaq; hactenus de doctrina juſtificationis, quod homo juſtificetur per fidem, non ex humanis meritis ſeu operibus, quæ fides non eſt, niſi in corde contrito ſeu mortificato ſeu agente pœnitentiam, quæ fidem præcedit. Nunc de fructibus dicemus juſtificationis, ubi primum occurrit patientia ſeu tolerantia in cruce, de qua quatuor docenda ſunt.

Loc. 1. 9. 30. Primum, omnes afflictiones corporales & ſpirituales, malam valetudinem, inopiam & ſimilia eſſe opera DEI.

Loc. 3. 9. 31. Secundò, Deum affligere nos, ut provocet ad pœnitentiam. Sunt enim afflictiones partes legis, &

pœnæ

pœnæ pro peccatis noſtris irrogatæ. Sicut autem lex non arguit nos ut perdat (Συνέκλεισε ὁ θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπειθείαν, non ut perdat, ſed ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ. Rom. 11.
Nolo mortem peccatoris) ita afflictiones arguunt nos, ut provocent ad pœnitentiam. Prov. 3. 1. Cor. 11. Et exempla Davidis Pſal. 119. Bonum eſt mihi &c. Et Manaſſæ 2. Paralipom. 33. proponantur.

32. Tertiò, patientiam præſtandam eſſe in pœna ſeu afflictione. Non enim debemus iraſci ſeu maledicere DEO, ſicut Iſraëlitæ in exitu murmurabant adverſus DEum, ſed potius debemus agnoſcere & fateri, quod ejusmodi pœnam meriti ſimus pro peccatis noſtris. (adjudicandi quippe morti) Dicendum igitur cum Davide: præcepit ei Dominus, ut malediceret. Et debemus DEO gratias agere, quod nos per hanc occaſionem ad pœnitentiam vocat. Loc. 3. 4. 8. 9.

33. Quartò, nihil horum, quæ jam diximus, præſtare ſatis eſſe, ſed oportere accedere id quod ſummum eſt, orationem ſcilicet & invocationem DEI, ut Deus aut gubernet, aut liberet ab hac afflictione. Lo. 1. 3. 9.

34. Diligenter igitur inculcetur hic locus de oratione, quæ eſt petere aliquid à Deo, aut Deo pro accepto beneficio gratias agere. Quatuor autem de oratione inprimis tradenda ſunt. Cap. 4. de oratione. Loc. 1. 3.

35. Primum, quod Deus non tantum permittit orari, ſed etjam præcipit. Luc. 18. Sicut præcipit nos non facere cædem, non mœchari. Proinde ſicut peccant qui illa committunt, ita peccant etjam, qui nunquam orant. Loc. 1. 3.

36. Exaggeranda hic eſt magnitudo divinæ bonitatis; quam videmus eſſe ineffabilem, cum non tantum largiri velit bona, ſed etjam præcipiat ut poſtulemus. Loc. 1.

lemus. Si enim putamus eum patrem eſſe clementem, qui rogatus libenter largitur bona, quanta clementia eſt præcipere omnibus ut quam plurimum poſtulent.

Loc.3.4. 37. Et quoniam oratio fidei eſt exercitium, hic maxime fidei infirmitatem ſentimus, cum non credamus tantam eſſe bonitatem Dei, quantam verbo pollicetur. Quæ fidei noſtræ imbecillitas in hoc loco caſtiganda eſt, ſicut & Chriſtus taxat imbecillitatem in Apoſtolis modicæ fidei.

Loc. 1. 38. Secundò conſideranda eſt in oratione promisſio divina, quod Deus pollicitus ſit, ſe nos exauditurum eſſe Matth. 7. Luc. 11. Joh. 14. 16.

Loc. 1. 39. Fides igitur in oratione requiritur, ut credamus, quod Deus ſit nos exauditurus, quia qui præcipit orare, promiſit ſe velle audire & juvare.

Loc.1.3.5.6. 40. Nec abſterreri debemus, quia nos ſumus indigni. Sicut enim nos juſtificat DEus propter Chriſtum, non propter noſtra merita, ita quoq; exaudit nos propter Chriſtum, & propter ſuum præceptum, & propter ſuam promiſsionem, non propter noſtra merita.

Loc.1.4.8. 41. Docendi tamen hic ſunt homines, quod eos, qui non agunt pœnitentiam, non exaudit Deus: quia oratio impii abominatio eſt.

Loc.1.4.5.8. 42. Sic igitur peccata noſtra non debent nos absterrere, quo minus credamus nos exaudiri, ſi tamen pœnitentiam agimus, & credimus nobis ignoſci propter Chriſtum.

1. Tim.2. 43. Et hoc eſt quod Paulus ait: orate χωρὶς ὀργῆς, id eſt, cum patientia & ſine hæſitatione, & cum fide, credentes quod Deus ſit nos exauditurus.

Loc. 1. 44. Tertiò, docendi ſunt homines, oratione aliquid petere, aut gratias agere pro aliquo accepto beneficio.

45. Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

45. Non orare jubent, qui longas orationes dicendas eſſe docent, ut pro peccatis noſtris ſatisfaciamus, ſed docent, ut Chriſtus vocat, πολυλογίαν. Loc. 1. Mat. 6.

46. Hortandi ſunt homines, ut hoc potius agant, ut poſtulent aliquid à Deo, & orent non tantum pro ſuis neceſsitatib. ſed etjam publicis, ut pro magiſtratibus, pro pace, pro gloria Evangelii, pro annona &c. Lo. 1. 3. 9.

47. Prodeſt etjam aliquando in Eccleſia communes orationes facere, & homines exhortari, ut pro publicis neceſsitatibus precentur DEum. Loc. 1. 9.

48. Quartò, docendi ſunt homines ne deſiſtant orare, aut diffidant DEO, etjamſi non ſtatim impetrant, quod petunt & volunt, cum ideo DEus differat exaudire, ut exerceat fidem noſtram. Loc. 1. 3.

49. Cumq; aliquando Deus non id quod petimus, ſed meliora det, ejus voluntati permittere debemus hoc ipſum, quod petimus, ut meliora velit dare, & rogemus, ut det nobis obœdientiam. Loc. 1. 3.

50. Credere enim debemus preces exaudiri, & non eſſe irritas, ſed aliquid impetraturas. Et quò nos plura à Deo poſtulare audemus, eò lubentius largitur Deus. Sicut Magdalena multa impetravit, quia multa auſa eſt ſperare & poſtulare. Docendi igitur ſunt homines hoc pacto fidem in oratione exercere.

51. Deniq; oratio quoq; Dominica populo diligenter & ſimpliciter eſt enarranda. Pater noſter qui es in cœlis, ubiq; ades & exaudis nos: ſanctificetur nomen tuum, id eſt, cognoſcatur (quod fit, quando ſcitur 1. quod judicet peccantes: id eſt verè timere judiciũ Dei. 2. quod ignoſcat propter Chriſtum: id eſt verè credere. Talis definitio cognitionis DEI ponitur ab ipſo Jehova, Jerem. 9. In hoc glorietur vir, noſſe me, quod ſum Append. Loc. 1. 2. Loc. 1. 3.

DEus,

DEus faciens judicium & miſericordiam) ut deinde
Loc. 2.6. prædicetur & celebretur. Adveniat regnum tuum, guberna nos, quia ſine te nihil poſſumus facere.. Fiat volun-
Loc. 3.6. tas tua, da nobis obædientiam, ut toleremus voluntatem tuam. Da nobis panem noſtrum quotidianum, omnes cor-
Loc. 1.3. poris neceſsitates, victum, bonam valetudinem, bonam famam, prudentiam in adminiſtrandis corporalibus & civilibus rebus, literarum & ſimilia (nam etjam hæc dona DEI eſſe ſciendum eſt, juxta illud: ἐν
Act. 17. αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν) Dimitte nobis debita no-
Loc. 4. ſtra, & ne nos inducas in tentationem, id eſt, ne ſine nos vin-
Loc. 9.10. ci in tentatione, & libera nos à malo, ab omnibus adverſitatibus corporalibns & ſpiritualibus.

Cap. 5. de fructibus ſpiritus. Lo. 5.6.8. 52. Poſt traditam doctrinam juſtificationis docendum eſt, non ſolum agendam pœnitentiam, ſed ulterius mortificandam eſſe carnem, & timorem Dei debere creſcere, & illo creſcente creſcere etjam debere fidem, caſtitatem, humilitatem, charitatem & manſuetudinem &c.

Loc. 3.6. 53. Sint quoq; frequentes exhortationes ad officia charitatis & ad eleemoſynas elargiendas, ut exerceatur fides in dandis eleemoſynis, hac ſpe, quod DEus viciſsim nobis ſuppeditaturus ſit victum, aucturus noſtram rem familiarem, daturus publicè annonam uberiorem, pacem & ſimilia bona (omnia enim iſta etjam corporalia ſunt dona DEI) ſi largiamur elee-
Loc. 1. moſynas, non quia facimus nos, ſed quia talia ipſe promiſit facientibus.

Loc. 3. 4. 6.8.9. 54. Quoties locus aliquis offertur in hiſtoria evangelica, ubi vitium aliquod reprehenditur, fiant adhortationes ad pœnitentiam, & colligantur argumenta, quantopere DEus vitium id oderit, quam gravi-

ter pu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ter puniat, additis etjam exemplis. Contrà quoq; exigant hac occaſione paſtores bona opera, & doceant, quam ſeverè Deus illa exigat, qui etjam præmia pro illis redditurus ſit.

55. Semper igitur conjungatur doctrina de fide, quomodo juſtificet, præſertim quando hiſtoria evangelii offert exemplum fidei ſeu promiſsionis. Semper autem ita tractent fidem, ut dicant non poſſe eam ſine pœnitentia exiſtere. Tractent igitur etjam doctrinam pœnitentiæ, operum & charitatis. Loc. 3. 5. 6. 8.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum

AGON GENERALIS XXXII
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Georgius Klie vocatus ad Sacellana-
tum Oldensvordenſem in
Eiderſtadia.
M DC VI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LIBELLO VISITATIO-NIS SAXONICÆ IN ORDINAT.
Eccles. inter ſcripta publica relato Agon ſecundus.

Cap. 6. de magiſtratu. 1. Inter omnia charitatis officia præcipuum eſt obœdire magiſtratibus, qui locus diligenter Rom. 13. tractatus ſæpe enarretur populo, ut fieri poteſt in

Loc. 3. enarratione quarti præcepti: doceaturq; etjamſi magiſtratus injuriam faciat ſubditis, tamen ferendam eam, nec odium parandum adverſus magiſtratum, propoſitis exemplis ſeditionum graviſsimè punitarum. Nec aſſuefacienda eſt multitudo ad contemptum magiſtratuum, ut faciunt, qui incautè docent libertatem Chriſtianam.

Præc. 4. 2. De legibus, ſententijs & dictis judicum in ſingulis urbibus docendi ſunt, quod ſint edicta divina, hoc eſt, quod Deus illis obœdire tanquam ſuæ voci velit.

3. Errant, qui de legibus clamitant, quod non liceat uti gentilibus ſeu Imperatorum legibus, ſed malunt judicari ex legibus Moſaicis.

4. Cum enim DEus approbet gladium & ordinationem gentilium magiſtratuum. Rom. 13. 1. Tim. 2. Act. 25. Luc. 3: licet uti legibus gentilibus extructis ex lege naturæ, quam cum DEUS nobis dederit

Loc. 2. Rom. 2. eam ſequentes poſſumus leges de civilibus rebus condere DEO placentes.

Loc. 3. 5. Quod attinet ad leges Moſaicas, ſicut DEUS non exigit à nobis ceremonias Maſaicas, ita nec politica Moſaica ſeu judicialia, ut vocant.

6. Por-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

6. Porro honore afficere magiſtratus eſt non tantum obœdire, ſed ſummus gradus honoris eſt, pro eis orare, & DEO gratias agere, quod per eos qualicunq; pace fruimur, nec omnia latrocinijs & cædibus infeſta fiant.

7. Inæſtimabile beneficium eſt, qualemcunq; ordinationem civilem conſervare, judicando, puniendo ſontes, prohibendo cædes, furta & ſimilia: cujus beneficij magnitudinem diligenter inculcent populo concionatores.

8. Quandoquidem Chriſtus his, qui juſtificati ſunt, tantum impendere periculi affirmat, ut dicat, Satanam expulſum conari redire ſtipatum alijs ſeptem, & accidere aliquando, ut noviſsima fiant prioribus pejora: has inſidias diaboli diligentiſsimè inculcare populo paſtores debent, ne fiant homines ſecuri, ſed in timore DEI magis magisq; confirmentur & exerceantur. Cap. 7. De timore DEI. Loc. 2.3.

9. Evangelium enim revelat & arguit poteſtates tenebrarum, quo pertinet conſideratio verborum Chriſti Joh. 16. quod Spiritus Sanctus arguat mundum &c. Loc. 5.

10. De peccato. Quia enim ratio tantum externa peccata judicat, furtum, cædem, ebrietatem, adulterium & hujusmodi: Spiritus Sanctus etjam occulta & propriè in corde latentia, quæ non poſſunt à ratione judicari, arguit, ut contemtum DEI, vacare metu judicij DEI, non credere ſeu diffidere DEO, deſperare de DEI benignitate & miſericordia. Loc. 1.3. 4.5.9.

11. De juſticia, quam mundus judicat eſſe tantum externa opera, ſeu civilem obſervationem legis: Spiritus Sanctus autem docet nos, noſtra opera non ſa- Lo. 3.5.6.

tisfacere DEO, ſed Chriſtum ſatisfactionem & propiciationem eſſe, itaq; fide nos juſtificari.

Loc. 1. 2. 4. 9. 12. De judicio. Quia enim mundus ſecurus eſt, nec judicat quicquam nobis à Satana periculi eſſe. Spiritus ſanctus utrunq; nos docet, & incredibiles eſſe Satanæ adverſus nos inſidias, & poteſtatem Satanæ debilitatam eſſe à Chriſto, ſed impijs eum dominari, & impellere ad omne genus flagitij. Quocirca timori Domini ſemper eſt ſtudendum.

13. Duplex autem timor Dei nominatur: Quidam
Loc. 3. 8. eſt ſine fide credente, quod DEus miſereatur noſtri, & recipiat nos in gratiam, ſicut Satanas timet Deum, qui quanquam credit Evangelij hiſtoriam, tamen non credit ſibi ignoſci. Quo pertinet illud Jacobi:
Iac. 2. καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι. Hic timor vocatur ſervilis.

Lo. 3. 5. 8. 14. Alius timor cum fiducia eſt conjunctus, ubi cor terretur, & tamen fide erigitur & credit ſibi ignoſci, & placatum eſſe DEum. Sic ſentiuntur & exercent ſe timor & fides, nec ocioſæ ſunt cogitationes animi, ſed neceſſe eſt revera perhorreſcere animos timore, & poſtea iterum revera per fidem conſolationem & gaudium accipere. Hic timor vocatur filialis.

Cap. 8. De Sacramentis. 15. Baptiſmus præter alia ſignum eſt pœnitentiæ. Sicut enim immergimur aquæ, ſic oportet mortificare veterem hominem, id eſt, nos conteri: habetq; an-
Loc. 7. 8. nexam promiſsionem: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit.

16. Sæpe homines de hoc baptiſmo admonendi ſunt, & docendi, effectum baptiſmi per omnem vitam debere durare, hoc eſt, ſemper nos debere pœnitentiam agere, & ſimul credere, quod DEus velit nobis ignoſcere.

17. Re-

17. Rebaptizatio admittenda minimè eſt, quia Loc. 7.
prior baptiſmus parvulorum improbari non poteſt, ſicut nec circumciſio.

18. Nec valet argumentum, parvulos nondum habere rationem, ideo nec fidem poſſe habere. Agit enim DEus in eis, etjamſi ratione non utantur, ſicut apparet de circumciſione illorum: Ego ero DEus illorum. Idcirco dicitur: Sinite parvulos ad me venire.

19. De Euchariſtiæ ſigno examinentur paſtores, ſitne verum corpus Chriſti in pane, verusq; ſanguis in calice, & quo hoc probent, & admonendi, quod de hoc Sacramento tria imprimis ſint proponenda.

20. Primum. Juxta verbum Chriſti eſſe cum pane verum corpus Chriſti, cum calice verum ſanguinem.

21. Ita enim Dominus vocavit. Et Paulus ait, diſcernendum eſſe corpus Domini. Item Chriſtus inquit: hic eſt calix novum teſtamentum: teſtamentum ſanguine conditum, non ſigno ſanguinis. Item, panis quem frangimus, eſt communicatio corporis Chriſti, non ait, eſt communicatio Spiritus Chriſti. Huc faciunt veterum ſcriptorum ſententiæ.

22. Secundo. Sumendam eſſe utramq; ſpeciem, ſicut Chriſtus inſtituit, ut utraq; ſpecie utantur, à quo Chriſti mandato & præſcripto nec minimum diſcedendum eſt.

33. Tertio. Quod maximè neceſſarium eſt, manducatione corporali non juſtificari homines, ſed manducationem eſſe ſignum, quod nos admoneat, ut credamus.

24. Ideo Auguſtinus vocat Sacramentum viſibile verbum, quia non aliter habet ſe, quam ipſum corporale verbum. Ut enim hoc in aurem, ſic illud in ocu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

los incurrit, ut admoneat nos promiſsionum divinarum, & excitet ad credendum.

25. Porrò promiſsio annexa huic Sacramento hæc eſt: corpus Domini traditum eſſe pro nobis: item, hic eſt calix novi teſtamenti, id eſt, novæ promiſsionis, ſcilicet, promiſſæ gratiæ, & omnium bonorum ſpiritualium.

Cap. 9. De Pœnitentia. Loc. 8.

26. Pœnitentia non eſt diſtinctum Sacramentum ab alijs, ſed ſignificatur, tùm baptiſmo, tum manducatione corporis & ſanguinis Domini, & per omnem vitam durare debet, juxta illud: εἰ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε.

27. Contritio, quæ etjam vocatur mortificatio veteris hominis, quam DEus immittit, & cognitio peccati, eſt dolor de admiſſo peccato, ſeu verè perhorreſcere judicium DEI, & ſentire, quod ſumus rei æternæ mortis.

28. Hæc in alijs frigidior, in alijs vehementior, Ideoq; orandum eſt, ut DEus illam efficiat veriſsimam: Suntq; ad eam homines ſemper adhortandi.

29. Hanc ſequitur confeſsio, cum DEO confitemur peccata, id eſt, fatemur nos jure puniri, & tamen rogamus veniam. Pſal. 32. Dixi, confitebor adverſus me injuſticiam: Et tu remiſiſti iniquitatem peccati mei.

30. In confeſsione, quæ fit ſacerdoti, non eſt exigenda ſcrupuloſa enarratio omnium debitorum, quæ impoſsibilis eſt.

31. Nemo tamen ad Euchariſtiam admittendus eſt, niſi antea exploratus. In qua exploratione interrogandi ſunt, non tantum quid de Euchariſtia ſentiant, ſed etjam an doleant ſe peccaſſe, an credant ſe conſequi poſſe remiſsionem peccatorum.

32.Hor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

32. Hortandi poſtea, ut proponant, ſi quo caſu maximè anguntur. Exponendum etjam eis, quod DEus dedit claves Eccleſiæ vice & loco DEI, utq; credant ſententiæ abſolutionis propter Chriſtum, quodq; Chriſtus audire, & ratum illud habere velit.

33. De ſatisfactione docendum eſt, non eſſe aliam pro peccatis ſatisfactionem, niſi paſsionem Chriſti. Unde fieri non poteſt, quin moveantur homines, & augeatur eis contritio, cum audiant tantopere diſplicere DEO peccatum, ut nulla creatura pro peccatis ſatisfacere potuerit, ſed ipſum ſolum DEI filium fuiſſe mittendum, qui ſatisfaceret, unde neceſſe ſit DEum vehementer odiſſe peccatum, & valdè duros eſſe eos, qui cum videant filium DEI pro peccatis noſtris occidi, non commoveantur nec cogitent, quantas pœnas daturi ſint, cum pergunt peccare. Lo. 14. 5.

34. Rurſus verò augeri hinc fides debet, cum audiant tantam eſſe miſericordiã, ut Chriſtus ipſe ſuam mortem voluerit pro nobis offerre. Quæ poteſt uberior eſſe conſolatio in corde afflicto, quam cum ſentiant, Chriſtum ſibi peccata ſuſtuliſſe, & ſuam ſatisfactionem velle reſpici, non noſtra aliqua opera? Loc. 1. 5. 9.

35. Conſcientia horrore judicij divini tacta ſentit ea non eſſe ſatis ad placandum DEum. Fides autem eſt certò ſentire, quod propter Chriſtum peccata nobis condonata ſint, & quod DEus jam receptum in gratiam velit regere & defendere.

36. Conjugibus diligenter inculcandum eſt, ut cogitent ſe à DEO copulatos eſſe, & propterea credant illud vitæ genus DEO placere, & ab ipſo conſolationem auxilium & ſecundos eventus expectent. Semper igitur in omnibus caſibus & adverſitatibus Cap. 10. De conjugio. Lo. 1. 3. 9.

 recur-

recurrant ad hanc authoritatem: à DEO copulati ſumus. Speremus igitur & poſtulemus ab authore noſtræ ſocietatis auxilium.

Loc. 3. 37. Hortandi quoq; ſunt conjuges, ut alter alterum toleret, cum in tanta infirmitate animorum humanorum ſæpe cauſæ incidant, quas per patientiam mitigare diſcant, juxta informationem Petri.

38. Docendi etjam ſunt, ut vaſa ſanctificent, hoc eſt, ut moderentur voluptatem.

39. Verum enimvero cum varia in negocijs matrimonialibus incidant, in illis dijudicandis cauti paſtores ut ſint, moneantur.

40. Non admittatur ut contrahant perſonæ contra gradus prohibitos in lege Moyſi Lev. 18.

41. Alicubi avunculus aut patruus neptem ducit, qui caſus cum in Levitico prohibitus ſit, propterea diſſuadeant hujusmodi conjugia.

42. Divortij cauſa adulterium eſt: ſemper tamen prius quam fiat divortium, reconciliatio tentanda eſt, nec licet ab adultero diſcedere, aut rejicere adulteram ſine judicio Eccleſiæ, hoc eſt, eorum, quibus commiſit Eccleſia.

43. Quemadmodum etjam illi perſonæ, quæ diſceſsit ab adultero, non licet matrimonium contrahere cum alia, niſi divortium coram Eccleſia, id eſt, his qui præſunt, factum ſit.

44. In caſu, quando alter conjugum alterum deſerit, nihil temerè ſtatuendum eſt, ſed diligenter requiratur perſona, quæ diſceſsit, nec innocenti perſonæ permittatur aliud matrimonium inire, niſi antea per legitimos magiſtratus perſona, quæ diſceſsit, requiſita ſit.

45. Quod

45. Quod ſi alter conjugum ægrotet morbo gallico ſeu lepra, non licet aliud inire matrimonium, quia nec morbus eſt cauſa reſcindendi matrimonij, ut nec ſenecta cauſa eſt dividendi.

46. Si quis contraxit cum aliqua, & poſtea etjam cum ſecunda, habebit primam: quia fides data valet, ſecunda decepta eſt, cui promittere non potuit, quod alteri tradiderat.

47. Si quis virginem ſtupravit, ut ducat charitas eſt, quod ut faciat etjam hortandus, non cogendus eſt: ſed ſi non vult ducere, dotet eam: quæ pœna in jure ſtupranti conſtituta eſt: aut ducat aut dotet.

48. Quod ſi quis contra parentum voluntatem ducat, æquum eſt, ut retineat. Quanquam enim parentes habeant jus aliquod, tamen eo jure uti debent ſine injuria. Debent tamen à magiſtratibus aliqua mediocri pœna puniri ſic contrahentes, niſi parentes hoc ultro liberis condonent. Videndæ item ſunt cauſæ, cur parentes cupiant reſcindi contractum.

49. Loci doctrinæ jam expoſiti multo magis neceſſarij ſunt ad inſtituendam conſcientiam & mores, quam diſputatio de traditionibus humanis. Cap. 11. De traditionibus humanis.

50. Concionatores igitur, qui hìc plurimum temporis collocant, & novo quaſi caloris genere ſcelus eſſe clamitant, hærere cuculla, aut non edere feria ſexta carnes &c. nihil interim de timore DEI dicentes, quid aliud faciunt, quam quod ait Chriſtus, διυλίζουσι τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες; Rectè igitur & cautè de hoc loco vulgò dicendum, & ea potius tractanda, quæ ad ædificationem faciunt, nempe ſuperiores loci. Loc. 3. Mat. 23.

51. Ni-

51. Nimia enim inſectatio traditionum humanarum nihil aliud efficit, quam ut ad omnium legum humanarum & divinarum contemptum aſſueſcat vulgus, quod non ſatis diſcernit inter leges divinas & humanas: hoc itaq; ſcandali genus ſummè cavendum eſt docentibus.

52 Sunt autem traditionum duæ ſpecies. Aliæ manifeſtè præcipiunt contra divina præcepta, quæ non ſunt ſervandæ, quia dicunt Apoſtoli Act. 5. πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις.

Loc. 7. 8. 10. 53. Hujuſmodi ſunt nundinationes miſſarum, cum miſſæ leguntur tantum pecuniæ cauſa pro defunctis, cum tamen miſſa inſtituta ſit ideo, ut ſit Sacramentum ſeu memoriale vivorum ad exercendam eorum fidem: mortui vero nullo opere fidem ſuam exercere poſsint.

Loc. 3. 54. Talis eſt etjam traditio, de cælibatu pugnans
1. Cor. 7. cum loco Pauli, κρεῖσσόν ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι, atq; ita cogens ad peccandum eos, qui illa utuntur, ut qui nullo modo continere poſsint.

55. Quædam traditiones de medijs rebus ſunt, de quibus ita docendum, quod non ſunt neceſſariæ ad
Mat. 15. juſtificationem, dicente Chriſto, μάτην σέβονταί με διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων.

Loc. 3. 56. Sed tamen inter has quædam utiles ad pacem Eccleſiæ, ut: obſervatio Dominicæ aut aliarum feriarum, cum oporteat certum diem populo conſtitui, quo ad diſcendum conveniat, cumq; ſemel tota hiſtoria Evangelica tradi non poſsit, alia alijs diebus & feſtis traduntur & docentur.

Loc. 3. 9. 57. Tales traditiones ad hunc uſum ſervandæ ſunt,
1. Cor. 14. juxta præceptum Apoſtoli: πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω.

58. Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

58. Confuſio eſſet, ſi non conſtitueretur certus dies multitudini, quo conveniret, nec ordinarentur certæ conciones, ſed ſuam quiſq; concionem faceret, & non certam aliquam cantilenam omnes canerent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXXIII
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Gabriel Prætorius vocatus ad
Paſtoratum in Suderbraarup.

M DC VII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LIBELLO ARTICULORUM VISITATIONIS SAXONICÆ Anno 1527. qui eſt ex libris Normalibus Eccleſiarum Sles. Hols. Agon Tertius & ultimus.

1. Libertas Chriſtiana aliquot conſtat gradibus, Cap. 12.
quorum primus eſt, Habere remiſsionem peccato- De liber-
rum per Chriſtum, & conſequi Spiritum ſanctum, tate Chri-
per quem liberemur à poteſtate Diaboli, Joh. 8. ἐὰν ſtiana. Loc. 1. 5.
ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε.

2. De hoc gradu diligenter docendum eſt, ut qui Lo. 4. 5. 9.
affert conſcientiis maximam utilitatem.

3. Conſolatio enim corde concepta luctantes cum Loc. 2. 3.
peccatis juvat, cum ſciunt ſibi promiſſum eſſe auxi- 4. 5.
lium adverſus infirmitatem carnis & Diabolum, ne vincantur aut rapiantur ad peccandum.

4. Secundus gradus eſt liberatos nos eſſe è lege Loc. 3. 5.
Moyſis Eph. 2. Coloſſ. 2.

5. Cum autem tres legis ſint partes, Decalogus, ce- Loc. 3.
remoniæ & judicialia, liberati ſumus ab ea parte legis, quæ non exigit juſtitiam cordis. Hæ ſunt ceremoniæ & judicialia.

6. In lege Moyſis primogenitus habebat duas par- Loc. 3.
tes hæreditatis: Nunc diviſiones fiunt juxta Romanas leges.

7. Licet autem Chriſtianis uti legibus gentilibus, quoniam DEUS approbavit gladium gentium.

8. Et gentilium leges collectæ ſunt ex legibus naturæ, quæ etjam ſunt divinæ leges, Rom. 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. 2. 3. 9. Quales ſunt: neminem lædere, ſuum unicuiq; tribuere, ab alterius uxore abſtinere, certis legibus matrimonia contrahere, ſobolem alere, gratiam reddere, magiſtratibus obœdire &c.

10. Hæc omnia DEus ſcripſit in animis noſtris. Quod ſi vocamus divinas ſcriptas in ſaxo leges, cur non vocamus etjam divinas ſcriptas in cordibus noſtris?

Loc. 3. 11. In lege Moyſi decimæ tantum dabantur Sacerdotibus: apud nos decimæ illis dandæ ſunt, quibus eas magiſtratus noſtri tradi juſſerint.

12. Sic legibus noſtris ſuſpendimus fures: Lex Moyſi non ſuſpendit.

13. Decalogus autem exigit juſtitiam cordis: propterea non eſt abrogatus, quia Chriſtiana juſtitia eſt juſtitia cordis.

14. Non enim eſt ceremonia externa aut politica. Propterea etjam Decalogus eſt repetitus in Evangelio, & exigitur: Sicut ait Dominus: Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. (Mat. 5.)

15. Hæc pars legis, quæ ſcripta eſt in cordibus, non poteſt aboleri, cum natura humana non ſit abolita, in qua ſcripta ſemper extat. Hæc pluribus docentur Actor. 15.

16. Hunc gradum libertatis doceri oportet in Eccleſiis, quod cum non tenerent in tumultu Ruſticano autores ſeditionis, magna alimenta furoris inde ſumpſerunt, quia decimas volebant eripere nobilitati, volebant venationes publicari, & ſylvas communes reddere, quod erat prædam potius quam libertatem Chriſtianam docere.

17. Infimus gradus libertatis eſt, quod DEus non

exigit ad juſtificationem traditiones humanas, qua de re paulo ſuperius.

18. De libero arbitrio pleriq; valde incommodè lo- Cap. 13. De libero arbitrio.
quuntur, & quia clamitant nos omnino nihil facere poſſe, aliud nihil docent, quam diffidentiam, quæ Loc. 2. 3. 6.
multa peccata parit in vulgo. Nonnihil ergo quomodo de eo doceri debeat aſſcribendum.

19. Voluntas humana eſt vis libera, ut facere poſſit juſtitiam carnis, ſeu juſtitiam civilem, ubi lege & vi cogitur, ut, non furari, non occidere, non mœchari.

20. Quando enim Paulus juſtitiam carnis vocat, docet eſſe quandam juſtitiæ partem, quam caro ſuis viribus faciat. Rom. 2. τὰ ἔθνη φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιεῖ. Hæc eſt civilis juſtitia.

21. Exigit autem DEus hanc juſtitiam. 1. Timoth. 1. ὁ νόμος κεῖται ἀνόμοις καὶ ἀνυποτάκτοις, vultq; DEUS coërcere rudes & imperitos doctrina legis.

22. Propterea doceant, in noſtra manu eſſe carnem frenare, & civilem juſtitiam præſtare.

23. Et hortentur diligenter ad rectè vivendum: Quia DEus hanc quoq; juſtitiam exigit, & graviter puniet illos, qui adeo negligenter vivunt, & ſomniant hanc juſtitiam non eſſe in noſtra manu.

24. Et ſicut aliis donis DEI benè uti debemus: ita etjam viribus, quas DEus naturæ tribuit, benè uti debemus.

25. Impedit autem has vires diabolus, qui agitat Loc. 2. 4.
corda ad peccandum, & propemodum cogit.

26. Moneantur ergo homines ut accendantur ad petendum auxilium à DEO. Ita DEus adjuvabit etjam naturalia dona.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Loc. 2. 3. 5. 6. 27. Secundo. Voluntas humana non eſt libera, ſi reſpicias opera ſpiritualia, ut veram fidem habere erga DEum, deponere concupiſcentiam, & amorem ſui, caſtum cor.

Lo. 2.3.6. 1. Cor. 2. 28. Quia enim ait Paulus: ψυχικὸς animalis id eſt carnalis homo ὀ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ. Nec poteſt legi DEI ſubjici. Rom. 8. non poteſt ratio vera illa ſpiritualia efficere, ſcilicet, timorem DEI, caſtum cor, gaudium in cruce.

Loc. 3. 29. Atq; hoc demum eſt veram Chriſtianam juſtitiam divinitus accipiendam eſſe, cum civilis juſtitia non ſatis ſit coram DEO, quamvis DEUS eam exigat.

Cap. 14. De Lege. Loc. 3. 30. Docenda eſt lex propter duas cauſas, ſeu duos quos habet effectus: coërcere carnem & terrere conſcientiam.

31. Primum igitur docenda & urgenda eſt, ut coërceantur rudes homines. 1. Tim. 1. ὁ νόμος κεῖται ἀνόμοις καὶ ἀνυποτάκτοις. Et lex eſt poſita propter transgreſſiones. Gal. 3.

32. Nec enim delectatur DEus iſta vitæ feritate quorundam, qui cum audierint non juſtificari nos noſtris viribus & operibus, ſomniant ſe velle expectare à DEO, donec trahantur, & interea impuriſſimè vivunt. Hi maximas pœnas DEO dabunt, & valde à docentibus in Eccleſia ſunt objurgandi.

33. Secundo docenda eſt lex ut terreat conſcientias, juxta illud: διὰ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας, id eſt, ut homines ad pœnitentiam vocentur, & per pœnitentiam ad fidem, & ad juſtitiam Chriſtianam.

34. Hos duos effectus legis ob oculos & in conſpectu habeant hi qui docent in Eccleſiis, & diligenter tradant doctrinam legis. 35. Alio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

35. Alioqui ubi doctrina fidei ſine lege traditur, infinita ſcandala oriuntur, vulgus fit ſecurum, & ſomniant homines, ſe habere juſtitiam fidei, quia neſciunt fidem in his tantum eſſe poſſe, qui habent contrita per legem corda. Loc. 3. 5. 6. 8.

36. Laus DEO qui poſuit inter ſuam iram & noſtra crimina mediatorem JEſum Chriſtum.

37. Epilogi loco aſſcribo verba Camerarij in vita Philippi Melanchthonis. fol. 109. Eodem anno & laborioſæ & invidioſæ res occupatum tenuerunt Philippum Melanchthonem. Quod enim multa inordinatè & perperam in adminiſtratione rei Eccleſiaſticæ fierent, inſpici juſsit Illuſtriſs. Princeps Dux Saxoniæ Johannes ſtatum Eccleſiarum ditionis ſuæ. Huic negotio & ex nobilitate quidam primarij, & cum alijs Philippus Melanchthon præfectus fuit. Plurima ibi comperta ſunt, ad quæ reſpectu maturo opus, multa deprehenſa vitia, quorum emendatio neceſſaria eſſet. Neq; breviter dici poteſt, quantum boni illa inſpectionis opera diligentiaq; effectum fuerit, cum & peccata aliquot annorum corrigerentur & fulcirentur ruinæ multis in locis labefactatarum Eccleſiarum, & proſpiceretur in poſterum incolumitati illarum. Complexus tunc eſt Philippus doctrinæ ſummam perſpicua brevitate, & compendio memorabili, ut certo ſcirent docentes in Eccleſijs regionum illarum, quid ſequi deberent, neu diverſa & diſſentanea traderentur. Qui libellus maximè & utilis per ſe, & tempore neceſſarius, non caruit obtrectatoribus varijs, quorum aliqui requirerent nervos & vim contentionum, alij dicerent prodi cauſam, rurſumq; libertatem eripi & adduci in ſervitutem homines.

Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Nam autore & monitore Philippo aliquid tunc de diſciplina & vita nonnihil diſſoluta conſtitutum, & eo libello cum fideliſsimis præceptionibus & ſalutari doctrina perſcriptum fuerat. In quo ſi adverſarij tantum erraſſent, ferri poterat, ſed conjunctos in cauſa, non tam iniquos certè judices, neq; cenſores immites eſſe oportuit. Verum levitas plerorumq; talibus temporibus perſpicitur, cognoſciturq;, quam in paucis & ſtudium veritatis vigeat, & ſententia certa ſit atq; firma. Philippum quidem labaſcere, qui eadem placidè exponeret, quæ ab alijs vehementius diſputarentur, rati adverſarij, egerunt cum eo, ut ad ſe tranſiret, & conditiones tulerunt defectionis, ut putarunt, haud reſpuendas, cum interea apud quosdam ſuorum quoq; ipſe oneraretur ſuſpicionibus & invidia, odioq; premeretur, & hanc mercedem acciperet ſtudij, diligentiæ, laborum, fidei ſuæ. Addo & D. D. Chytræi verba ex Chron. Sax. Johannes Elector Saxoniæ, cum diſſoni multorum clamores Tribunitij, in prima illa cum pontificijs συῤῥάζει paſsim extitiſſent: Inſpectionem Eccleſiarum in tota ditione ſua inſtituit, ut idonei paſtores ac doctores populo præficerentur, qui rectè Eccleſias de omnibus fidei Chriſtianæ capitibus docerent, & obædientiam ac reverentiam erga magiſtratus, & ſtudium piæ pacis & tranquillitatis publicæ in auditorum animis accenderent. Ejus viſitationis occaſione ſumma doctrinæ certa de omnibus articulis ad alendam pietatem, & veri timoris DEI, fidei, obædientiæ erga DEum & magiſtratus, dilectionis, proximi ædificationem, & conſolationem in cruce neceſſarijs, omiſſa peregrinarum & inutilium Eccleſiæ opi-

nionum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

nionum & controverſiarum, quæ vel non intelligun-tur, vel ad pietatem parum conducunt agitatione, à Philippo, qui unus ex inſpectoribus fuit, Germanicè in libello viſitationis Saxonicæ comprehenſa eſt: ad quam toties ſe velut ad explicatam & ſalutarem doctrinæ utilis & neceſſariæ formam, in tanta primarum diſputationum & opinionum varietate & confuſione Philippus ipſe poſtea refert. Ac eodem anno Philippum Haſsiæ Landgravium, de Eccleſiarum in ditionibus ſuis emendatione deliberantem hortatur, ut diſcrimen veræ ac neceſſariæ Doctrinæ, & rituum ſua natura ἀδιαφόρων, diſciplinæ ac ordini ſervientium, accuratè ſervet, & non tantum doctrinam fidei ad veram agnitionem DEI, juſticiam & æternam ſalutem neceſſariæ, verumetjam timoris DEI, dilectionis, operum, caritatis & cultuum DEI verorum, populo proponi curet: & doctrinæ puritate reſtituta veteres ritus ac ceremonias omnes, quotquot ſervari absq; impietate poſſunt, retineat. Mihi enim, inquit, non modo inutiliter, ſed contra caritatem fieri videtur ab ijs, qui publicas ceremonias abolent, quæ tolerari poterant. Hinc enim Paulus ad Corinthios: circumciſus aliquis vocatus? non accerſat præputium. Si cætera Pauli religiosè ſervantur, audiamus etiam in hac parte. Itaq; latinas cantiones, ſacras veſtes, & hoc genus, puto ferendas eſſe. Inprimis igitur rogo V. C. per Chriſtum, ut quantum fieri piè poteſt pacis publicæ cauſa veteres ceremonias conſervet. Nunquam enim mores & ritus ſine magno ſcandalo novantur, & Chriſtianiſmus in ritibus minimè eſt ſitus, ſed in timore DEI, fide in Chriſtum,

chari-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

charitate erga proximum, & obœdientia erga magiſtratus. Quæ utinam tàm ſedulò docerent concionatores, quam ſtrenuè vociferantur in Papam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
mem[illegible]ris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXXIV
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Gerhardus Johannis vocatus ad
Paſtoratum Weldt in Eider-
ſtadia.

M DC VII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX LIBELLO VISITATIONIS SAXONICÆ GERMANICO Anno 1528 edito Paralipomena præter ſuperius allata.

Tom. 9. VVitt. pag. 251.

Ex præfatione Actor. 8. 9. & 15. & paſsim in hiſt. & Epiſt. Pauli. Lib. Sam. & Reg.

1. Quam divinum & ſalutare opus ſit viſitare Eccleſias per homines prudentes & idoneos ex utriusq; teſtamenti ſcripturâ, exemplis Apoſtolorum, Petri, Pauli & Barnabæ: Samuelis, Eliæ, Eliſæi, imo ipſius quoq; Chriſti, manifeſtum redditur.

2. Quæ exempla patres quoq; & ſancti Epiſcopi olim in primitiva Eccleſiâ fideliſsimè ſecuti ſunt: unde etjam factum ut plurima in ſtatutis pontificum ea de re perſcripta extent.

3. Hinc enim, id eſt, ab hoc viſitandi munere originem ſumſerunt gradus & nomina Epiſcoporũ & Archiepiſcoporum, quæ appellationes quid aliud notarunt quam officium plura vel pauciora viſitandi? Propriè enim Epiſcopus nominatur inſpector ſeu viſitator: & Archiepiſcopus, qui pluribus Epiſcopis ſeu inſpectoribus ejusmodi præficitur.

4. Etenim cujuslibet paſtoris ſive Epiſcopi munus eſt, ut parochiales fidei ſuæ commiſſos viſitet, & ad profectum, confeſsionẽ, atq; vitam eorum attendat. Rurſus vero Archiepiſcopo incumbit, ut Epiſcopos hujusmodi aliquot, quibus ille præeſt, viſitet, hoc eſt, quomodo illi cum ſuis officiũ faciant animadvertat.

5. Immenſus vero abuſus poſtmodum acceſsit, converſo videlicet officio hoc ſanctiſsimo in dominationem & ſplendorẽ mundanum, ubi Epiſcopi, principes & Domini facti viſitationis munus & onus præpoſito fortean alicui, aut vicario, aut decano commiſerunt,

quibus

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

quibus ipſis etjam ocium ſectantibus & negligentiâ torpeſcentibus, res tanta ad officiales tranſlata eſt, qui ipſi omiſsis veris viſitationibus plebem miſerè tractarunt citationibus & exactionibus in controverſiis pecuniariis & quæſtionibus æris alieni: & tandem hi quoq; alia curantes per emiſſarios quosdam ſuos homines peſsimos & impios undiq; circumcurſitantes, delatos ad ſe ſive viros ſive fœminas etjam innocentes pecuniâ & famâ mulctârunt ac privarunt. Manſit hinc appellatio ſanctæ ſynodi ſive per abbreviationem Send.

6. Atq; ita quemadmodum omnes piæ & ſanctæ conſtitutiones & ordinationes cum triſtiſsimo animarum exitio in nugas Antichriſti & diaboli degenerarunt: idem quoq; huic nobili præclaro & ſalutari muneri accidit, ut nihil ferè de eo remanſerit, nec quisquam attenderit ad doctrinæ formam, ad fidem, charitatem, vitæ Chriſtianæ rationem, pauperum procurationem, infirmorum conſolationem, impœnitentium correptionem & correctionem, & quæ alia ſunt ad hoc officium pertinentia.

7. Et ſane operis hujus in Eccleſia utilitas & neceſſitas vel maxime intelligi poteſt ex perverſionis iſtius incommodo, quod ſcilicet omnia in Eccleſia fuerint corrupta, tot ſectæ & factiones quot fuerunt diœceſes & cœnobia exortæ, unde Eccleſia Chriſtiana pla- Pag. 252.
ne oppreſſa, fides extincta, charitas in diſsidia & bella converſa, Evangelium abjectum & quaſi ſepultum, rurſus verò opera, traditiones & ſomnia hominum loco Evangelii dominium adepta.

8. Atq; hoc pacto facillimum erat diabolo omnia pro libitu confundere, & cœlum terræ miſcere, cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

non eſſet, qui ipſi reſiſteret, cum res ipſa demonſtret, etjam omnibus & ſingulis ſuo loco diligentiſsimè & piiſsimè officium facientibus, nihilo tamen minus omnia plena eſſe difficultatum in ſalutari & neceſſaria Eccleſiæ gubernatione, ut patet ex hiſtoria & Epiſtolis Pauli & Apoſtolorum.

9. Acta hæc viſitationis Saxonicæ etſi non evulgentur tanquam ſevera quædam mandata, ne velut novæ decretales pontificiæ promulgari videantur: ſed partim velut hiſtoria, partim velut teſtimonium & confeſsio fidei: Æquum tamen eſt eos quibus Evangelium curæ & concordia ſeu uniformitas cordi eſt ſponte ſine coactione ex dilectione hiſce articulis ſe conformare: Secus facientes & contumaciter ſine cauſa ab his diſſentientes miſsi faciendi.

Philip. 2.

10. Eſtq; ea in re opera magiſtratus imploranda, cui licet non ſit mandatum, ut doceat, aut ſpiritualia adminiſtret: debet tamen impedire diſsidia, ſchiſmata, & ſeditiones inter ſubditos, ſicut Conſtantinus imperator, qui ut non voluit ſic nec debuit diſsidia ab Ario inter Chriſtianos in imperio excitata ferre, atq; idcirco Epiſcopos Niceam vocavit, & ſic doctrinæ & fidei uniformitatem & concordiam fovit & promovit.

11. Videatur Elenchus capitum rerum pertinentium tum ad doctrinæ cœleſtis integritatem, tum ad ſalutarem Eccleſiæ gubernationem.

De doctrina. Pag. 253.

12. Cum ſine pœnitentia nulla ſit peccatorum remiſsio, diligenter homines ad contritionem ſeu dolorem de admiſsis peccatis metu judicii divini concipiendum excitandi ſunt, & arguenda quidem craſſa vulgi peccata, magis autem ſanctitas hypocritica reprehendenda.

13. Do-

13. Doctrina de adiaphoris convenienti tempore propter tyrannos & Christianæ libertatis defenſionem minimè diſsimulanda eſt.

14. Decalogus tum ob contritionem diligenter docendus eſt, tum propter bona opera, quæ omnia in illo ſunt comprehenſa, quæ ideo bona vocantur, non tantum quod fiant in bonum proximi, ſed etjam quod Deus ea præcipiat, unde etjam ipſi placent, nec placent qui ea non præſtant. De decem præceptis. Mich. 6.

15. Peccatorum & hypocritarum de peccatis admiſsis non dolentium preces non exaudiuntur, ut nec deſperantium aut dubitantium. Pag. 254. 2. Præceptum de vera invocatione Chriſtiana.

16. Etſi externas ferias non eo modo nobis ut Judæis ſervandas præcepit Dominus, ne nullæ prorſus in iis operæ fierent, aliquæ tamen ita ſervandæ ſunt, ut verbum Dei audiatur & diſcatur, habeantq; homines certa conventuum tempora. Pſal. 18. Iac. 1. 3. Præceptum.

17. Promiſsio quarti præcepti de longævitate, hoc eſt, beata in vita omni felicitate diligenter inculcanda eſt, additis comminationibus & exemplis. 4. Præceptum. Exod. 20. Gen. 9. 49

18. Docendi quippe ſunt homines omnem & felicitatem & infelicitatem contingere à Deo, illam quidem piis & obœdientibus, hanc vero contemptoribus Dei. Qui licet pios premat, juvat tamen & conſolatur non tantum bonis ſpiritualibus, ſed & ſæpe corporaliter. 2. Sam. 18. Pap. 255. Pſal. 34. 37.

19. Docendi etjam ſunt, poſtulare Deum ejusmodi opera pietatis, eaq; compenſare ſine noſtro merito, nec clamores de operibus nihil quicquam merentibus eò dirigendi ſunt, ut homines ad præſtanda bona opera ſegnes reddantur, quod ne fiat omnibus modis cavendum eſt mentione præmiorum præclariſsimorum & pænarum atrociſsimarum. 20. Nul-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

20. Nullo unquam ſeculo juventus ita fuit effrenis ut hoc noſtro, quod ob id ipſum multis plagis, bellis, ditionibus, aliisq; malis premitur.

1. Tim. 5. 21. Honorandi ſenes. Honorandi item ſacerdotes, per quos DEI verbum habemus. Honorandi magiſtratus ſecundum partes Rom. 13. enumeratas.

Rom. 13. Prov. 24. Num. 16. Jud. 9. 2. Sam. 11. 20. 18. 1. Reg. 16.

22. Ex animo magiſtratus eſt timendus, & ſciendum, licet maximè is inobœdientiam noſtram punire non poſſet, puniturum tamen Deum ejus authorem & conſervatorem, quod præter dicta exempla quoq; ſcripturæ demonſtrant.

23. Niſi Deus magiſtratum & leges in mundo conſervaret, diabolus homicida ubivis cædes concitaret, nec uſquam tuti cum noſtris eſſemus.

24. Plane cœleſtia & divina bona ſunt, quæ per magiſtratū Deus nobis largitur, pacem per illum procurans, malos per illum puniens & cohibens, ut quietè nos noſtrosq; alere, liberos in diſciplina & agnitione Dei educare, domi & foris tutò res noſtras agere, aliis ſubvenire, convenire, & cohabitare poſsimus. Quisquis hoc pacto Deum in magiſtratu cernit, is magiſtratum toto certè corde diligit, & bona illa quoties aſpicit & cogitat, toties in admirationem ordinis divini excitare ſe debet. (Pag. 256.)

Iulius. Nimrod. Tyranni.

25. Quomodo verò magiſtratus à Deo eſſe dicitur cum multi injuſtâ violentiâ imperia conſequantur? Reſp. Ordo ipſe quo jus & pax conſervantur Deum habet authorem, licet perſona ordine illo abutens delinquat. Neq; enim magiſtratus ita Dei tantum permiſsione ſunt, ſicut latrocinia aliaq; vitia Dei permisſione fiunt.

26. Admonendi ſunt gubernatores à concionato-

ribus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ribus officii commiſsi & præſtandi, cum oſtenſione pœnarum malos magiſtratus manentium.

27. Subditi tamen docendi, ut etjam magiſtratui duro ſubmiſsè obtemperent.

28. Leges ſeu ſtatuta vetuſta, licet gravia & intolerabilia videantur, pacis tamen cauſa non temerè mutanda ſunt, cum probe ſciverint veteres harum legum conditores hominibus feris duras præſtituendas eſſe pœnas. Etſi igitur durius plectant quam Moſaicæ, neq; tamen propterea iniquæ ſunt, modò illud ſpectetur, quod eſt apud Paulum, ut boni defendantur, mali puniantur. Rom. 13.

29. Cenſus & onera cuilibet incumbentia fideliter ſolvenda & expedienda ſunt: Et licet contractus aliqui difficiles ſint & moleſti, ſatisfaciendum tamen eſt propter obœdientiam debitam, ut communis pax conſervetur.

30. Præter hæc autem etjam illi imprimis, qui de Chriſti nomine gloriantur, charitatem exercere debent, quæ promptè fert omnes difficultates, omniaq; onera ſeu gravamina, dans etjam ubi nihil debet, ſolvens licet injuſtè gravetur, nec quærens vindictam propriâ potentiâ ſeu viribus. Math. 5.

31. Una ex præcipuis cauſis cur jam dicta fideliter præſtanda ſint, eſt ſacroſancti Evangelii dignitas, ne illud contumelia afficiatur, cum calumniis occaſionem præbeant, quotquot ſub ſpecie Evangelii ab oneribus civilibus liberi eſſe præſumunt.

De Baptiſmo.

32. Sicut circumciſio habebat promiſsionem, quod Deus circumciſos in gratiam & tutelam ſuam recipere vellet, quemadmodum Deus dicit: Ero Deus tuus, & Deus ſeminis tui poſt te. Item, Ero Deus eorum: Gen. 17.

 ita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ita baptizati ſunt in Dei gratia & protectione. Quapropter fiducia hujus promiſsionis ſeriò Deus invocandus eſt.

33. Et docendi ſunt homines, baptiſmum hæc tanta bona adferre & conferre, quod videlicet Deus baptizatum aſſerere, tegere & curare velit: quapropter germanico ſermone inter baptizandum utendum eſt, ut tantæ hæ res intelligantur.

34. De Sacramento veri corporis & ſanguinis Domini noſtri JEſu Chriſti erudiendi ſunt homines, ut credant in pane eſſe verum Chriſti corpus, & in vino verum Chriſti ſanguinem, ſicuti ſonant verba Chriſti in Matthæo, Marco & Luca. Et apud Paulum: Panis quem frangimus, **Jſt der außgetheilete Leib Chriſti.** Quod ſi verũ corpus non eſſet intelligendum, non eſſet diſtributio corporis Chriſti, ſed tantum verbi & ſpiritus. Legant etjam paſtores veterum hac de re ſententias, ut & ſe & alios eò melius informare poſsint. Hilarius aſſerit minimè dubitandum eſſe, quod verum corpus & ſanguis Chriſti adſit, quia Chriſtus dixit.

[Margin: 1. Cor. 10.]

[Margin: Lib. 8. de ſancta Trinit.]

35. Ac tenendum eſt, tantum miraculum non fieri merito ſacerdotis, ſed quod Chriſtus ſic ordinavit, ut corpus ipſius adſit in uſu communionis, ſicut ſol quotidie oritur non propter meritum noſtrum, ſed ex ordinatione divina.

36. Legatur prolixus locus de infirmis nec dum ſatis inſtitutis, quibus permittendum ſit propter conſcientiam, ut altera ſpecie tantum utantur, manente interim & perpetuo ſonante doctrinâ de utraq; ſpecie illibatâ & incorruptâ ſine reſpectu infirmorum, robuſtorum aut præfractorum.

[Margin: In repetit. horum artic. Anno 1538. hic locus omiſſus eſt, doctrina videlicet Evangelii tam latè iam propagata, & tam copioſe tradita ut infirmitatis excuſationi nõ eſſet locus.]

37. Ad fidem nemo cogendus, aut ab incredulitate vi vel mandatis dejiciendus eſt, cum non placeat Deo obſequium ſeu ſervitium coactum, verum ſpontaneos miniſtros ipſe requirat.

38. Non eſt Chriſtianum cogere infirmos ad faciendum aliquid contra conſcientiam, vel committendo vel omittendo, ob imbecillitatem fidei, quæ ita utrinq; magnis peccatis oneratur. Contumaces verò qui nec rectè diſcere, nec agere volunt mittendi Gal. 2.
ſunt, ſicut Paulus Titum Judæis urgentibus & libertatem damnantibus circumcidi omnino noluit.

39. Non ſunt ad Sacramentum admittendi, qui in F. 259.
manifeſtis delictis impœnitenter perſeverant: nec illi qui paſtori ſe non indicarunt, ut exploret utrum de Sacramento rectè ſint informati, aut aliàs inſtructione & conſilio indigeant.

40. Recordari mortem Chriſti eſt non tantum hiſtoriam cogitare, ſed exhorreſcere ob iram Dei adverſus peccatum, quæ tanta eſt, ut proprium filium morti propterea tradat, pro quo nec angelus nec ſanctus quisquam ſatisfacere potuit, ſed Chriſtus qui ipſe Deus eſt offerendus fuerit.

41. Quærenda deinde in ſacramento conſolatio, non quod externa acceptio cor erigat, ſed quod ſignũ ſit conſolationis & remiſsionis peccatorũ, quod cor admonet, ut credat remittere Deum peccata pœnitentibus. Quò imprimis verba Sacramenti pertinent, in quibus Deus promittit remiſsionem peccatorum: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur: hic eſt calix novi Teſtamenti, hoc eſt, novæ promiſsionis, promiſſæ juſticiæ, vitæ æternæ, in meo ſanguine, qui pro multis effunditur in remiſsionem

pecca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

peccatorum. Atq; ita impetratur remiſsio peccatorum, non per externam uſurpationem, ſed per fidem, quæ verbis & ſignis excitatur.

De vera pœnitentia Chriſtiana. 42. Contritio ſeu dolor peccati ſine fide eſt pœnitentia Judæ & Saulis, hoc eſt, deſperatio: rurſus vero fides ſine contritione præſumptio eſt & carnalis

F.260. ſecuritas.

43. Perversè aliqui ſtatuunt, non eſſe homines ad contritionem & fidem exhortandos, eò quod Deus veram contritionem & fidem in noſtris cordibus operetur. Operatur quippe ea Deus per verbum & prædicationem, ſeu exhortationes ejusmodi.

44. Profanant Sacramentum non tantum qui indignè accipiunt, ſed etjam qui negligentiâ indignis exhibent, ad quod admittendi non ſunt, qui, cur inſtitutum ſit, nec ſciunt nec expendunt.

F. 261. 45. Docendi homines ſunt propterea ferias ſervari, ut in illis doctrina cœleſtis addiſcatur, quod ſi præterea aliquid neceſſarii laboris ſeu operis pro ratione officii incidat, hoc ipſum exequi licet ſine vulnere conſcientiæ.

Col. 2. 46. Dilectio Chriſtiana omnium actionum regula ſit, in cujus fraudem nihil faciendum, ſed ad illius re-

I. Cor. 13. gulam & augmentum omnia componenda.

47. Miſſæ pro mortuis impiæ ſunt, cum ſacramentum vivis non mortuis inſtitutum ſit, ad accipiendum corpus & ſanguinem Chriſti, in mortis Chriſti recordationem.

48. Sancti tum rectè honorantur, quando ceu ſpeculum divinæ gratiæ & miſericordiæ nobis propoſiti

Heb. 13. conſiderantur, & ex illorum exemplis conſolatio hau-

I. Pet. 3. ritur, atq; iiſdem ad fidei & bonorũ operum ſtudium & exercitia homines excitantur. 49. Ha-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

49. Habet homo ex proprijs viribus in externis electionem & libertatem fugiendi malum & faciendi bonum. At verò cor purgare, emendare & mutare, & divina dona ſeu opera efficere minime poteſt. Iram quippe Dei non cernit, ideoq; ſpernit, nec bonitatem ejus videt, unde nec fidit. Quocirca orandus eſt Deus, ut ſua in nobis operetur dona. F. 262. De libero arbitrio. Rom. 8.

50. Primus gradus libertatis Chriſtianæ diligenter urgendus eſt, tum ut admoneātur homines, in quanta mala à diabolo conjicerentur, niſi divinitus tegerentur: tum ut conſolatione erigantur de præſentia Spiritus ſancti, qui à diabolo illos tutos præſtat: Quo pacto fides, dilectio Dei, invocatio & ſtudium bonorum operum excitatur. De libertate Chriſtiana.

51. Seditioſa eſt & non toleranda oratio, cum clamant multi Turcæ non eſſe reſiſtendum, eò quod vindicta Chriſtianis prohibita eſt, & fides gladio non defendenda ſed omnia ſufferenda. Datus enim eſt magiſtratui gladius & potentia, data poteſtas, ſimulq; mandatū ut puniat omnia latrocinia & prædationes, & tueatur ſuos adverſus injuſtam violentiam ſive ea propter fidem ſive aliam quamcunq; cauſam inferaratur. Eſtq; optima Eleemoſyna gladio cædes avertere, & punire illos qui verum Dei cultum, bonas ordinationes civiles, leges & judicia tollere ſatagunt, vi quidvis aliis eripiunt, conjugii nullum verum ſtudium habent, emunt venduntq; homines utriusq; ſexus, & iis tanquam brutis & jumentis utuntur &c. F. 263. De Turca. Rom. 13. 1. Pet. 2.

52. Legantur ea, quæ de quotidianis in templis oppidanis maximè, canticis, lectionibus, precibus, concionibus, aliisq; exercitiis mane & veſperi paulo prolixius hic annotantur. F. 264. De exercitiis Eccleſiaſticis quotidianis.

53. Ite-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

53. Iterum atq; iterum obſervetur, quam operosè & ſtudiosè, quam diligenter & frequenter inculcetur, fidem ſine contritione nec haberi nec intelligi poſſe, ideoq; utramq; ſimul docendam perpetuo eſſe.

54. Notetur etjam admonitio de ſtudio & modo explicandi doctrinam catecheticam.

55. Abſtineant concionatores à contumeliis quibusvis, peccata in genere arguant, & quidem ſuorum auditorum, non abſentium ut Papæ & Epiſcoporum &c. niſi neceſsitas alicubi ita flagitet.

F. 265. De excommunicatione. 56. Pœna excommunicationis non debet contemni, cum ſit maledictio divinitus præcepta adverſus contumaciter delinquentes, qui admoniti reſipiſcere nolunt.

57. Vide piam admonitionem de pulſu campanarum, tum quotidie binis vel ternis vicibus diſtinctis, tum ortâ tempeſtate & tonitru: non ex ſuperſtitione ſed ad excitandam in hominibus invocationem & preces.

58. Legatur etjam locus de conſtitutione & officio Superattendentis, & de modo emendandi delicta concionatorum, de vocationibus, examinibus ſeu explorationibus doctrinæ, de ſcholis & earum neceſsitate ac utilitate, deq; claſsium & lectionum ordine & exercitiis.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum

AGON GENERALIS XXXV
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
M. Baccatius Hajo vocatus ad Paſtoratum Bophever in Nordtſtrandia.

M DC VII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX ENCHIRIDIO AUGUSTI-
ni de fide ſpe & charitate ad Laurentium ſelectorum Agon primus.

Cap. 4. Petitio Laurentii & ſcopus libri.

1. Vis tibi, ut ſcribis, librũ à me fieri, quem Ἐγχειρίδιον, ut dicunt, habeas, qui de tuis manibus nõ recedat, continens poſtulata, id eſt quid ſequendum maximè, quid propter diverſas principaliter hæreſes ſit fugiendum: in quantum ratio pro religione contendat, vel quid in ratione cum fides ſit ſola non conveniat: quid primum, quid ultimum teneatur: quæ totius definitionis ſumma ſit: quod certum propriumq; fidei catholicæ fundamentum.

Cap. 1. Sapientia vera.

2. Cupio te eſſe ſapientem non ex eorum numero de quibus dicitur Eſai. 33. v. 18. 1. Cor. 1. v. 20. Sed eorum de quibus Sap. *6. v.* 26. & quales vult Apoſtolus Rom. 1*6. v.* 19.

A Deo.

3. Sicut nemo à ſe ipſo eſſe poteſt, ita etjam nemo à ſe ipſo ſapiens eſſe poteſt, ſed ab illo illuſtrante, de quo ſcriptum eſt: omnis ſapientia à Deo eſt. (Eccl. 1.)

Cap. 2. Pietas eſt ſapientia.

4. Hominis ſapientia pietas eſt, Græcis θεοσέβεια, qui eſt Dei cultus.

Cap. 3. cultus divinus quibus conſtet.

5. Colendus eſt Deus fide, ſpe, charitate. Explicandum ergo quæ ad ſingula tria iſta pertineant, quid credendum ſcilicet, quid ſperandum, quid amandum, quibus cognitis omnia proculdubio ſcies quæ requiris. Hæc enim maximè immo vero ſola religione ſequenda ſunt.

Ratio. Fides.

6. Hæc ſunt defendenda ratione, quæ vel à ſenſibus corporis inchoata, vel ab intelligentia mentis inventa. Quæ autem nec corporeo ſenſu experti ſumus, nec mente aſſequi valuimus aut valemus, eis ſine ulla dubitatione credenda ſunt teſtibus, à quibus ea quæ divina vocari meruit ſcriptura confecta eſt.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

7. Cum autem initio fidei quæ per dilectionem ope- Cap. 5.
ratur imbuta mens fuerit, tendit benè vivendo etjam Primum
ad ſpeciem pervenire, ubi eſt ſanctis & perfectis cor- inchoari fide, ulti-
dibus nota & ineffabilis pulchritudo, cujus plena vi- mum per-
ſio eſt ſumma felicitas. Hoc primum, hoc ultimum: fici ſpecie.
Hoc totius definitionis eſt ſumma.

8. Certum vero propriumq; fidei catholicæ funda- 1. Cor. 3.
mentum Chriſtus eſt.

9. Neq; hoc ideo negandum eſt, quia putari poteſt aliquibus hæreticis hoc nobiſcum eſſe commune. Si enim diligenter quæ ad Chriſtũ pertinent cogitentur, nomine tenus invenitur Chriſtus apud quoſlibet hæreticos, qui ſe Chriſtianos vocari volunt, re vero ipſa non eſt apud eos. Quod quam ſit verum monſtrari poteſt per omnes & ſingulas hæreſes, ſive quæ fuerunt, ſive quæ ſunt, ſive quæ poterunt eſſe ſub vocabulo Chriſtiano.

10. Ut autem ad tria illa accedamus per quæ dixi- Cap. 6. 7.
mus colendum Deum, Ecce tibi eſt ſymbolum & Do- Symbolum. Ora-
minica oratio. Quia enim de peccato gravi & miſeriâ tio Dom.
premitur genus humanum, ac divinâ indiget miſeri- Rom. 10. ex Ioel 2.
cordiâ, propter hoc oratio. Sed quomodo invoca- Omnis
bunt in quem non crediderunt? propter hoc ſymbo- qui invocaverit,
lum. In his duobus tria illa intuere. &c.

11. Quid ſperari poteſt quod non creditur: Credi Cap. 8.
autem aliquid poteſt quod non ſperatur. Fides & ma- Et bona
larum rerum eſt & bonarum, & præteritarum, præ- creduntur & mala,
ſentium & futurarum. Spes non niſi bonarum, nec & hoc fi-
niſi futurarum. de bona non mala.

12. Quod attinet ad non videre, fides ſpeiq; commune eſt. De fide Heb. 11. Putari poteſt non eſſe conſequens ut non videatur res quæcunq; creditur: Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

melius hanc appellamus fidem quam divina eloquia docuerunt, earum ſcilicet rerum quæ non videntur. De ſpe. Rom. 8. Quod enim videt quis quid ſperat? Cum ergo bona bonis futura eſſe creduntur nihil aliud quam ſperantur.

13. Nec amor ſine ſpe eſt, nec ſine amore ſpes, neq; utrumq; ſine fide. Quippe Apoſtolus fidem quæ per

Gal. 5.

dilectionē operatur approbat atq; commendat, quæ utiq; ſine ſpe eſſe non poteſt. Dæmones vero credunt

Iac. 2.

& contremiſcunt: nec enim ſperant vel amant, ſed potius quod ſperamus & amamus credendo venturum eſſe formidant.

Cap. 9. Quid credendum Chriſtiano.

14. Cum quæritur quid credendum ſit quod ad religionem pertineat, non rerum natura ita rimanda eſt, quemadmodum ab eis quos Phyſicos Græci vocant: nec metuendum eſt, quemadmodum ab eiſdem, ne aliquid de vi & numero elementorum, de motu atq; ordine & de effectibus ſyderum, de figurâ cœli, de generib. & naturis animalium, fruticum, lapidum, fontium, fluminum, montium, de ſpaciis locorum & temporum, de ſignis imminentium tempeſtatum & alia ſexcenta de his rebus, quas illi vel invenerunt, vel inveniſſe ſe exiſtimant, Chriſtianus ignoret: quia nec ipſi omnia repererunt tanto excellentes ingenio, flagrantes ſtudio, abundantes ocio, & quædam humanâ conjecturâ inveſtigantes, quædam verò hiſtoricâ experientiâ perſcrutantes, & in eis quæ ſe inveniſſe gloriantur plura opinantes potius quam ſcientes.

Cauſa rerum bonitas creatoris.

15. Satis eſt Chriſtiano rerum creatarum cauſam, ſive cœleſtium ſive terreſtrium, ſive viſibilium, ſive inviſibilium, non niſi bonitatē credere creatoris, qui

unus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

unus & verus eſt Deus, nullamq; eſſe naturam, quæ non aut ipſe ſit, aut ab ipſo: Eumq; eſſe Trinitatem Patrem ſcilicet & Filium à patre genitum, & Spiritum ſanctum ab eodem Patre procedentem, ſed unum eundemq; Spiritum & Patris & Filii.

16. Ab hac ſummè & æqualiter & immutabiliter bonâ Trinitate creata ſunt omnia, & nec ſummè, nec æqualiter nec immutabiliter bona, ſed tamen bona etjam ſingula: ſimul vero univerſa valde bona, quia ex omnibus conſiſtit univerſitatis admirabilis pulchritudo. Cap. 10. Vniverſitas rerum.

17. Malum boni eſt privatio, quod cum evacuatur nihil eſt, neq; alio transfertur ut ibi ſit, ſed ut non ſit. Non enim ulla ſubſtantia, ſed ſubſtantiæ vitium eſt vulnus aut morbus, id eſt, privationes ejus boni quod dicitur ſanitas: ita etjam & animorum quæcunq; ſunt vitia naturalium ſunt privationes bonorū, quæ cum ſanantur nō aliquo transferūtur, ſed ea quæ ibi erant, nuſquam erunt, quando in illa ſanitate non erunt. Cap. 11. Malum quid, & quare ſit.

18. Neq; Deus omnipotens, quod etjam infideles fatentur, rerum cui ſumma poteſtas, cum ſummè bonus ſit, ullo modo ſineret mali aliquid eſſe in operibus ſuis, niſi uſq; adeo eſſet omnipotens & bonus, ut benefaceret etjam de malo. De bono naturæ vitiatum ipſe Deus benefacit reformando aut puniendo vitiatum.

19. Naturæ omnes quoniam naturarum prorſus omniū ſummus conditor bonus eſt bonæ ſunt: ſed quia non ſicut earum conditor ſummè atq; incommutabiliter bonæ ſunt: ideo in eis & minui bonum & augeri poteſt. Bonum autem minimè malum eſt, quod quantumcunq; minuatur, remaneat aliquid neceſſe eſt, ſi adhuc natura eſt, unde natura ſit. Cap. 12. Naturæ bonitas & corruptio.

20. Nul-

Cap. 13. Malum Bonum.

20. Nullum & nullibi eſt malum, ſi & ubi nullum ſit bonum: unde res mira conficitur, ut quia omnis natura, in quantum natura eſt, bonum eſt, nihil aliud dici videatur, cum vitioſa natura mala eſſe natura dicitur, niſi malum eſſe quod bonum eſt, nec malum eſſe niſi quod bonum eſt, quia omnis natura bonum eſt, nec res aliqua mala eſſet, ſi res ipſa quæ mala eſt, natura non eſſet. Non igitur poteſt eſſe malum niſi aliquod bonum: dicente Domino: Malus homo &c. Quid eſt malus homo niſi mala natura, quia homo natura eſt. Porro ſi homo aliquod bonũ eſt, quia natura eſt, quid eſt malus homo, niſi malum bonum?

Math. 12. v. 35.

Omnis natura etiam ſi vitioſa eſt, in quantum natura eſt, bona eſt: in quantum vitioſa eſt, mala eſt.

21. Tamẽ cum duo iſta diſcernimus, invenimus nec ideo malum, quia homo eſt: nec ideo bonum, quia iniquus eſt. Sed bonum quia homo, malum quia iniquus. Opus Dei homo eſt, vitium hominis iniquitas. Cavendum ergo ne incidamus in illam ſententiam Propheticam: Væ his qui dicunt malum bonum, & bonum malum &c.

Eſa. 5.

Cap. 14. Contraria quomodo ſimul ſint.

22. Bona & mala non ſolum ſimul eſſe poſſunt, ſed etjam mala omnino ſine bonis, & niſi in bonis eſſe nõ poſſunt, quamvis bona ſine malis eſſe poſsint. Poteſt enim homo vel angelus non eſſe injuſtus: injuſtus autem non poteſt eſſe niſi homo vel angelus: Et bonum quod homo, angelus: malum quod injuſtus.

Cap. 15. Mala ex Bonis.

23. Ex bonis mala orta ſunt, ut ex bonâ hominis naturâ oriri voluntas & bona poteſt & mala, nec fuit prorſus unde primitus oriretur voluntas mala, niſi ex angeli & hominis naturâ bonâ, ſicut ex terrâ bonâ, cui Chriſtus loquebatur, oriri poteſt arbor bona bonos, & mala malos fructus proferens.

Math. 7.

Cap. 16.

24. Non nobis videatur ad felicitatem conſequendam

dam pertinere, ſi ſciamus cauſas magnarum in mundo corporalium motionum, quæ abditiſsimis naturæ ſinibus occultantur: ſed bonarum & malarum rerum cauſas noſſe debemus, & id hactenus quatenus eas homini in hac vita erroribus ærumnisq; pleniſsimâ ad eoſdem errores & ærumnas evadendas noſſe conceditur. Vera felicitas.

25. Ad illam quippe felicitatem tendendum eſt, ubi nullâ quatiamur ærumnâ, nullo errore fallamur, ubi eſt animæ noſtræ ipſa veritas vita, ubi nemo fallit, fallitur nemo, ſicut hic homines fallunt atq; falluntur, miſerioresq; ſunt quando mentiendo fallunt, quam cum mentientibus credendo falluntur, cum magis facienti quam patienti obſit omne peccatum. Cap. 17.

26. Vide digreſsionem & diſcurſum de mendacio, cap. 18. de modis fallendi, cap. 19. quid proprie error, cap. 20. qui error noxius, qui non cap. 21. an omne mendacium peccatum, cap. 22.

27. Quoniam igitur cauſæ cognoſcendæ ſunt rerum bonarum & malarum, quantum viæ ſatis eſt, quæ nos perducat ad regnum, ubi erit vita ſine morte, ſine errore veritas, ſine perturbatione felicitas: nequaquam dubitare debemus rerum quæ ad nos pertinent bonarum cauſam non eſſe niſi bonitatem Dei: malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem prius angeli, hominis poſtea. Cap. 23. Cauſa bonorum & malorum.

28. Hoc primum eſt creaturæ rationalis malum, id eſt prima privatio boni: deinde etjam jam nolentibus ſubintravit ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentia noxiarum, quibus comites ſubinferuntur error & dolor, unde metus. Cap. 24. Malorum origo.

29. Porro animus cũ adipiſcitur concupita, quam-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

vis pernicioſa vel inania, quoniam id errore non ſentit, vel delectatione morbidâ vincitur, vanâ etjam læticiâ ventilatur.

30. Ex his morborum non ubertatis, ſed indigentiæ tanquam fontibus omnis miſeria naturæ rationalis emanat: quæ tamen natura in malis ſuis non potuit amittere beatitudinis appetitum.

Cap. 25. Mors pœna peccati.

31. Hæc communia mala ſunt & hominum & angelorum pro ſua malitiâ Dei juſtitiâ damnatorum. Sed homo habet & pœnam propriam, qua etjam corporis morte punitus eſt.

32. Mortis quippe ſupplicium Dominus ei comminatus fuerat ſi peccaret, Sic eum munerans libero arbitrio, ut tamen regeret imperio, terreret exitio, atq; in paradiſi felicitate tanquam in umbra vitæ, unde juſtitiâ cuſtoditâ in meliora conſcenderet, collocavit.

Cap. 26. Peccatum primorum parentum eiusq; pœna.

33. Hinc poſt peccatũ exul effectus, ſtirpem quoq; ſuam, quam peccando in ſe tanquam in radice vitiaverat, pœnâ mortis & damnationis obſtrinxit: ut quicquid prolis ex illo & ſimul damnatâ per quam peccaverat conjuge, per carnalem concupiſcentiam, in qua obœdientiæ pœna ſimilis retributa eſt, naſceretur, traheret originale peccatũ, quo traheretur per errores doloresq; diverſos ad illud extremum cum deſertoribus angelis, vitiatoribus & poſſeſſoribus & conſortibus ſuis ſine fine ſupplicium.

Cap. 27. Miſeria totius generis humani lapſi.

34. Ita ergo res ſe habebant: jacebat in malis, vel etjam volvebatur, & de malis in mala præcipitabatur totius humani generis maſſa damnata, & adjuncta parti eorum qui peccaverant angelorum, luebat impiæ deſertionis digniſsimas ob juſtam Dei iram pœnas:

35. Non

35. Non tamen creatoris deſiſtente bonitate, & malis angelis ſubminiſtrare vitā, vivacemq; potentiam, quæ ſubminiſtratio ſi auferatur interibunt, Et hominum quamvis de propagine vitiata damnataq; naſcentiū formare ſemina & animare & ordinare membra per temporum ætates, per locorum ſpacia vegetare ſenſus, alimenta donare. Melius enim judicavit de malis benefacere, quam mala nulla eſſe permittere.

36. Et ſi quidem in melius hominum reformationem nullam prorſus eſſe voluiſſet, ſicut impiorum nulla eſt angelorum, nonne merito fieret, ut natura quæ Deum deſeruit, quæ præceptum ſui creatoris quod cuſtodire facillimè poſſet ſua male utens poteſtate calcavit atq; transgreſſa eſt, quæ ſui in ſe creatoris imaginem ab ejus lumine contumaciter averſa violavit, quæ ſalubrem ſervitutem ab ejus legibus mali libero abrupit arbitrio, in æternum deſeretur ab eo, & pro ſuo merito pœnam penderet ſempiternam? Plane ita faceret, ſi tantum juſtus non etjam miſericors eſſet, ſuamq; indebitam miſericordiam multo evidentius in indignorum potius liberatione monſtraret.

Cap. 28. De lapſu & damnatione Angelorum.

37. Angelis igitur aliquibus impiâ ſuperbiâ deſerentibus Deum, & in imam caliginem de ſuperna cœleſti habitatione dejectis (neq; enim ex uno angelo lapſo atq; damnato cæteri propagati ſunt, ſed eo qui diabolus factus eſt cum ſociis impietatis elato, & ipſa cum eis elatione proſtrato &c.) cæteri piâ obœdientia Domino cohæſerunt, & in æternâ cum Deo beatitudine & ſanctitate permanſerunt, de ſempiternâ ſuâ & nunquam caſurâ ſtabilitate ſecuri.

38. Pla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Cap. 29. Angeli lapſi & ſtantes.

38. Placuit enim univerſitatis creatori atq; moderatori Deo, ut quoniam non tota multitudo angelorum Deum deſerendo perierat, ea quæ perierat in perpetua perditione remaneret: quæ autem cum Deo illa deſerente perſtiterat, de ſua certiſsimè cognitâ ſemper futurâ felicitate ſecura gauderet.

Cap. 30. Reparatur homo lapſus nec merito, nec libero arbitrio.

39. Ad hominem autem ut revertamur, cui liberationem Deus regnumq; promiſit æternum, nunquid meritis operum ſuorum reparari poteſt? Abſit. Quid enim boni operari poteſt perditus, niſi quantum fuerit à perditione liberatus? Nunquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc abſit. Nam libero arbitrio male utens homo, & ſe perdidit & ipſum.

40. Sicut enim qui ſe occidit, utiq; vivendo ſe occidit, ſed ſe occidendo non vivit, nec ſe ipſum poteſt reſuſcitare cum occiderit: ita cum libero peccaretur arbitrio, victore peccato amiſſum eſt & liberum arbitrium. A quo enim quis devictus eſt, huic & ſervus addictus eſt.

Homo cum ſuo arbitrio ſervus eſt peccati.

41. Qualis ergo quæſo poteſt ſervi addicti eſſe libertas, niſi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim ſervit, qui ſui domini voluntatem liberaliter facit. At per hoc ad peccandum liber eſt, qui peccati ſervus eſt: unde ad juſtè faciendum liber non erit, niſi à peccato liberatus eſſe juſtitiæ cœperit ſervus.

42. Ipſa eſt vera libertas propter recti facti lætitiam, ſimul & pia ſervitus propter præcepti obœdientiam. Sed iſta libertas ad benefaciendum unde erit homini addicto & vendito, niſi redimat ille cujus illa vox eſt: Si vos filius liberaverit, tunc verè liberi eritis? (Iohan. 8.)

43. Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quiſquam de libero arbitrio in bono gloriatur

opere,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

opere, qui nondum liber eſt ad operandum benè, niſi ſe vanâ ſuperbiâ inflatus tollat, quam cohibet Apoſtolus dicens: Gratia ſalvi facti eſtis per fidem. Ephe. 2.

44. Et ne ipſam ſibi ſaltem fidem ſic homines arrogarent, ut non intelligerent divinitus eſſe donatam, ſicut idem Apoſtolus alio loco ſe dicit ut fidelis eſſet miſericordiam conſecutum, hic quoq; adjunxit, atq; ait: Et hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Cap. 31. Fides unde? 1. Cor. 7.

45. Et ne putarentur fidelibus bona opera defutura, rurſus adjecit: ipſius enim ſumus figmentum creati in Chriſto JEſu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus. Fidei fructus opera.

46. Tunc ergo efficimur verè liberi, cum Deus nos fingit, id eſt, format & creat, non ut homines, quod jam fecit, ſed ut boni homines ſimus, quod nunc gratiâ ſuâ facit, ut ſimus in Chriſto JEſu nova creatura, ſecundum quod dictum eſt: Cor mundum crea in me DEus. Neq; enim cor ejus, quantum pertinet ad naturam cordis humani, non jam creaverat DEus. Pſal. 51.

47. Item ne quiſquam etſi non de operibus, de ipſo glorietur libero arbitrio voluntatis, tanquam ab ipſo incipiat meritum, cui tanquā debitum reddatur præmium benè operandi ipſa libertas, audiat eundem gratiæ præconem dicentem: Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Et: Non eſt volentis neq; currentis ſed miſerentis eſt Dei. Cap. 32. Etiam bona voluntas, bonum velle & perficere à Deo. Phil. 2. Rom. 9.

48. Cum proculdubio ſi homo ejus ætatis eſt, ut ratione jam utatur, non poſsit credere, ſperare, diligere,

Refutat ſenſum dicti Rom. 9. non ſufficere ſolam voluntatem ſi non ſit etiam miſericordia Dei &c.

niſi

niſi velit, nec pervenire ad palmã ſupernæ vocationis Dei niſi voluntate cucurrerit. Quomodo ergo nõ volentis neq; currentis ſed miſerentis Dei, niſi quia & ipſa voluntas ſicut ſcriptum eſt, à Deo præparatur? ut videlicet totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam & præparat adjuvandam & adjuvat præparatam. Nolentem prævenit ut velit, volentem ſubſequitur, ne fruſtra velit.

Math. 6. 7. 49. Oramus pro inimicis noſtris ut miſericordia Dei præveniat eos, ſicut prævenit & nos: oramus autẽ pro nobis ut miſericordia ejus ſubſequatur nos.

Cap. 33. omnes naſcuntur cum peccato originali & propterea obnoxii iræ Dei.

50. Tenebatur itaq; juſta damnatione genus humanum, & omnes eramus iræ filii, unde Dominus Jeſus non ait ira Dei veniet ſed manet ſuper eum, cum hac quippe omnis homo naſcitur.

51. Cum autem Deus iraſci dicitur, non ejus ſignificatur perturbatio qualis eſt in animo iraſcentis hominis: ſed ex humanis motibus tranſlato vocabulo vindicta ejus, quæ non niſi juſta eſt, iræ nomen accepit.

Neceſſarius ergo mediator. Rom. 5.

52. In hac ira cum eſſent homines per originale peccatum, & tanto gravius & pernicioſius, quanto majora vel plura inſuper addiderunt: neceſſarius erat mediator, hoc eſt, reconciliator, qui hanc iram ſacrificii ſingularis, cujus erant umbræ omnia ſacrificia legis & Prophetarum, oblatione placaret.

Rom. 8.

53. Quod ergo per Mediatorẽ reconciliamur Deo, liberamur ab ira, & accipimus Spiritum ſanctum, ut ex inimicis efficiamur filii (quotquot enim Spiritu Dei aguntur hi filii ſunt Dei) hæc eſt gratia Dei per JEſum Chriſtum Dominum noſtrum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXXVI
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Fridericus Ecklevius vocatus ad Sacellanatum Pilwormenſem in
Nordtſtrandia.

M DC VII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX ENCHIRIDIO AUGU-
STINI de fide, ſpe & charitate ad Laurentium ſelectorum Agon ſecundus.

Cap. 34. Chriſtus mediator.

1. Verbum caro factum eſt, à divinitate carne ſuſcepta, non in carnem divinitate mutata.

Rom. 3. Non iuſti, &c. omnis caro id eſt omnis homo.

2. Carnem porro hic hominem debemus accipere à parte totum ſignificante locutione. Nam nihil naturæ humanæ in illa ſuſceptione fas eſt dicere defuiſſe, ſed naturæ ab omni peccati nexu omnimodo liberæ: non qualis de utroq; ſexu naſcitur per concupiſcentiam carnis cum obligatione delicti, cujus reatus per regenerationem diluitur: ſed qualem de virgine naſci oportebat, quem fides matris non libido conceperat. Quod ſi vel per naſcentem corrumperetur ejus integritas, non jam ille de virgine natus verè prædicaretur.

Cap 35. Chriſtus Deus & homo una perſona.

3. Proinde Chriſtus Ieſus Dei filius eſt, & Deus & homo eſt. Deus ante omnia ſecula, homo in noſtro ſeculo. Deus quia Dei verbum (Deus enim erat verbum) Homo autem quia in unitatem perſonæ acceſſit verbo anima rationalis & caro.

4. In quantum Deus eſt ipſe & pater unum ſunt, in quantum autem homo pater major eſt illo.

5. Cum enim eſſet unicus DEI filius non gratiâ ſed naturâ, ut eſſet etjam plenus gratiâ factus eſt & hominis filius: idemq; ipſe utrumq; ex utroq; unus Chriſtus, quia cum in forma DEI eſſet, non rapinam arbitratus eſt, quod naturâ erat, id eſt, eſſe æqualem DEO: exinanivit autem ſe, formam ſervi accipiens non amittens vel minuens formam DEI, ac per hoc & minor eſt factus & manſit æqualis utrumq; unus:

unus

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

unus DEI filius, idemq; hominis filius: unus hominis filius, idemq; DEI filius: non duo filii DEI, Deus & homo, ſed unus DEI filius: DEus ſine initio, homo à certo initio, Dominus noſter JEſus Chriſtus, ut quemadmodum eſt una perſona quilibet homo, anima ſcilicet rationalis & caro, ita ſit Chriſtus una perſona verbum & homo.

6. Hic omnino granditer & evidenter DEI gratia commendatur. Unde enim naturæ humanæ tanta gloria nullis præcedentibus meritis ſine dubitatione gratuita? niſi quia magna hic & ſola Dei gratia fideliter & ſobriè conſiderantibus evidenter oſtenditur, ut intelligant homines per eandem gratiam ſe juſtificari à peccatis, per quam factum eſt, ut homo Chriſtus nullum habere poſſet peccatum? Cap.36. Prædicatio gratiæ divinæ.

7. Natus eſt de Spiritu Sancto & Maria virgine. Et utiq; Spiritus Sanctus DEI donum eſt, quod quidem & ipſum eſt æquale donanti, & ideo DEus eſt etjam Spiritus ſanctus patre filioq; non minor. Ex hoc ergo quid aliud quam ipſa gratia demonſtratur? Cap.37. Nativitas Chriſti Luc.1. Math,1.

8. Nunquid tamen ideo dicturi ſumus patrem hominis Chriſti eſſe Spiritum ſanctum, ut DEus Pater Verbum genuerit, Spiritus ſanctus hominem, ex qua utraq; ſubſtantia Chriſtus unus eſſet, & DEI Patris filius ſecundum Verbum, & Spiritus ſancti filius ſecundum hominem, quod quaſi eum Spiritus ſanctus tanquam Pater ejus de matre virgine genuiſſet? Abſurdum. Cap.38. Quomodo Chriſtus conceptus de Spiritu ſancto.

9. Quomodo ergo dicimus Chriſtum natum de Spiritu ſancto, ſi non eum genuit Spiritus ſanctus? An quia fecit eum? Quoniam Dominus noſter JEſus Chriſtus, in quantum DEus eſt, omnia per ipſum fa- Ioh. 1.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Rom.1. ćta ſunt, in quantum autem homo eſt, & ipſe factus eſt. Sed cum illam creaturam, quam virgo concepit & peperit, quamvis ad ſolam perſonam filij pertinentem tota Trinitas fecerit: neq; enim ſeparabilia ſunt opera Trinitatis, cur in ea facienda ſolus Spiritus Sanctus nominatus eſt? An & quando unus trium in aliquo opere nominatur, universa operari Trinitas intelligitur? Ita verò eſt, & exemplis doceri poteſt.

10. Neq; tamen, quia mundum iſtum fecit DEus, dici eum fas eſt DEI filium, aut eum natum de DEO, ſed factum vel creatum vel conditum vel inſtitutum ab illo, vel ſi quid hujusmodi rectè poſſumus dicere.

11. Quomodo ergo Chriſtus, quem confitemur natum de Spiritu Sancto & Maria virgine, non eſt filius Spiritus Sancti & eſt filius virginis Mariæ, cum & de illo & illa ſit natus, non tamen ſic de illo ut de patre, ſicut de illa ut de matre.

Cap.39. Vox naſci variè accipitur.

12. Non igitur concedendum eſt, qnicquid de aliqua re naſcitur continuò ejusdem rei filium nuncupandum. Certè qui naſcuntur ex aqua & Spiritu Sancto non aquæ filios eos ritè dixerit quispiam. Sicut non omnes qui dicuntur alicujus filij, conſequens eſt, ut de illo etjam nati eſſe dicantur, ſicut ſunt qui adoptantur.

Cap. 40. Chriſtum natum eſſe de Spiritu Sancto quid ſignificet.

13. Modus profectò iſte, quo natus eſt Chriſtus de Spiritu Sancto non ſicut filius, & de Maria virgine ſicut filius, inſinuat nobis gratiam DEI, qua homo in ipſo exordio naturæ ſuæ, quo eſſe cœpit, verbo DEI copularetur in tantam perſonæ unitatem, ut idem ipſe eſſet filius DEI qui filius hominis, & filius hominis qui filius DEI, ac ſic in naturæ hu-

manæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

manæ ſuſceptione fieret quodammodo ipſa gratia illi homini naturalis, quæ nullum peccatum poſſet admittere: quæ gratia propterea per Spiritum Sanctum fuerat ſignificanda, quia ipſe propriè ſic eſt DEus, ut dicatur etjam DEI donum.

14. Nulla igitur voluptate carnalis concupiſcentiæ ſeminatus ſive conceptus, & ideo nullum peccatum originaliter trahens, DEI quoq; gratia verbo patris unigenito, non gratia filio ſed natura, in unitate perſonæ modo mirabili & ineffabili adjunctus atq; concretus, & ideo nullum peccatum & ipſe committens: Cap. 41. Chriſtus peccato carens peccatum factus.

15. Tamen dictus eſt & ipſe peccatum ſacrificandus ad diluenda peccata, ſicut in veteri lege peccata vocabantur ſacrificia pro peccatis, quod verè iſte factus eſt, cujus erant umbræ illa.

16. Hinc ait Apoſtolus, Eum (non ut in mendoſis quibusdam codicibus legitur is) qui non noverat peccatum, id eſt, Chriſtum, pro nobis fecit DEus cui reconciliandi ſumus peccatum, hoc eſt facrificium pro peccatis, per quod reconciliari valeremus. 2. Cor. 5.

17. Ipſe ergo peccatum, ut nos juſticia: nec noſtra, ſed DEI: nec in nobis, ſed in ipſo: Sicut ipſe peccatum non ſuum, ſed noſtrum: nec in ſe, ſed in nobis conſtitutum, ſimilitudine carnis peccati, in qua crucifixus eſt, demonſtravit: ut quoniam peccatum ei non inerat, ita quodammodo peccato moreretur dum moritur carni, in qua erat ſimilitudo peccati: & cum ſecundum vetuſtatem peccati nunquam ipſe vixiſſet, noſtram ex morte veteri, qua in peccato mortui fueramus, reviviſcentem vitam nova ſua reſurrectione ſignaret.

Cap. 42. Baptiſmus, eiusque efficacia, fructus & uſus.

18. Ipſum eſt, quod in nobis celebratur magnum baptiſmatis Sacramentum, ut quicunq; ad iſtam pertinent gratiam moriantur peccato, ſicut ipſe peccato mortuus dicitur, quia mortuus eſt carni, hoc eſt, peccati ſimilitudini, & vivant de lavacro renaſcendo, ſicut ipſe de ſepulcro reſurgendo.

Cap. 43.

19. A parvulo enim recens nato uſq; ad decrepitum ſenem ſicut nullus prohibendus eſt à baptiſmo, ita nullus eſt qui non peccato moriatur in baptiſmo: Sed parvuli tantum originali, majores autem etjam his omnibus moriuntur peccatis, quæcunq; ad illud quod naſcendo traxerunt malè vivendo addiderunt, & quæcunq; jam propria commiſerunt vel cogitatione vel locutione vel opere.

Cap. 44. Numeri ἑτέρωσις.

20. Mori autem peccato ipſi dicuntur, cum non uni ſed multis peccatis omnibusq; moriantur, quia etjam per ſingularem numerum pluralis ſignificari ſolet. Sicut & illud originale unum plurali numero ſignificatur, cum dicimus in peccatorum remiſsionem baptizari parvulos.

Cap. 45. Peccatum primum multiplex

21. Quamvis & in illo peccato uno, quod per unum hominem intravit in mundum, poſsint intelligi plura peccata, ſi unum ipſum in ſua quaſi membra dividatur ſingula. Nam & ſuperbia eſt illic, quia homo in ſua potius eſſe quam in DEI poteſtate dilexit: Et ſacrilegium, quia DEO non credidit: Et homicidium, quia ſemetipſum præcipitavit in mortem: Et fornicatio ſpiritalis, quia integritas mentis humanæ ſerpentina ſuaſione corrupta eſt: Et furtum, quia cibus prohibitus uſurpatus eſt: Et avaritia, quia plus quam illi ſufficere debuit appetivit: Et ſi quid aliud in hoc uno admiſſo diligenti conſideratione inveniri poteſt.

22. Pa-

22. Parentum quoq; peccatis parvulos obligari non ſolum primorum hominum, ſed etjam ſuorum, de quibus ipſi nati ſunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe divina ſententia: Reddam peccata patrum in filios: tenet eos utiq; antequam per regenerationem ad teſtamentum novum incipiant pertinere. Cap. 46. Peccatis parentum obligari ſobolem. Eze. 18.

23. Ideo enim quiſq; renaſcitur, ut ſolvatur in eo quicquid peccati eſt. Ac per hoc nõ ob aliud inſtituta eſt regeneratio, niſi quia vitioſa eſt generatio, uſq; adeo ut etjam de legitimo matrimonio procreatus dicat: In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis mater mea me in utero aluit.

24. Neq; hic dixit, in iniquitate vel peccato, cùm & hoc rectè dici poſſet, ſed iniquitates & peccata dicere maluit, quia & in illo uno quod in omnes homines pertranſijt, atq; tàm magnum eſt, ut in eo mutaretur & converteretur in neceſsitatem mortis humana natura, reperiuntur plura peccata: Et alia parentum, qui etſi non ita poſſunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, niſi gratuita gratia & miſericordia divina ſubveniat.

25. Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipſo Adam uſq; ad patrem ſuum progeneratoribus ſuis quisq; ſuccedit, utrum omnium malis actibus & multiplicatis delictis originalibus qui naſcitur implicetur, ut tanto pejus quanto poſterius quiſq; naſcatur, an propterea DEus in tertiam & quartam generationem de peccatis parentum eorum poſteris comminetur, quia iram ſuam quantum ad progeneratorum ſuorum culpas non extendit ulteriùs moderatione miſerationis ſuæ, ne illi quibus regenerationis gratia non confertur, nimia ſarcina in ipſa ſua æterna damna- Cap. 47. Quouſq; maiorum peccata propagentur non definiendum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

damnatione premerentur, ſi cogerentur ab initio generis humani omnium præcedentium parentum ſuorum originaliter peccata contrahere, & pœnas pro ijs debitas pendere: An aliud aliquid in re tanta de ſcripturis ſanctis diligentius perſcrutatis atq; tractatis valeat vel non valeat reperiri, temerè non audeo affirmare.

Cap. 48. Originalis peccati ſolutio.

26. Peccatum autem illud quod tam magnum eſt, ut in uno homine originaliter, atq; ut ita dixerim, radicaliter totum genus humanum damnaretur, non ſolvitur ac deluitur, niſi per unum mediatorem DEI & hominum hominem Chriſtum JEſum, qui ſolus potuit ita naſci, ut ei opus non eſſet renaſci.

Cap. 49. Baptizatur Chriſtus à Iohanne.

27. Vox Patris quæ ſuper baptizatũ facta eſt: Ego hodie genui te: non unum illum temporis diem, quo baptizatus eſt, ſed immutabilis æternitatis oſtendit, ut illum hominem ad unigeniti perſonam pertinere monſtraret: Ubi n. dies nec heſterni fine inchoatur, nec initio craſtini terminatur, ſemper hodiernus eſt.

28. A Johanne voluit baptizari, non ut ejus iniquitas ulla dilueretur, ſed ut magna humilitas commendaretur: Ita quippe nihil in eo baptiſmus quod ablueret, ſicut mors nihil quod puniret, invenit, ut diabolus veritate juſticiæ non violentiâ poteſtatis oppreſſus & victus, quoniam ipſum ſine ullo peccati merito iniquiſsimè occiderat, per ipſum juſtiſsimè amitteret quos peccati merito detinebat.

29. Utrumq; igitur ab illo, id eſt, & baptiſmus & mors certæ diſpenſationis cauſa non miſeranda neceſsitate, ſed miſerante potius voluntate ſuſceptum eſt, ut unus peccatum tolleret mundi, ſicut unus peccatum miſit in mundum, hoc eſt, in univerſum genus humanum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

30. Niſi quod illè unus unum peccatum miſit in mundum: iſte verò unus non ſolum unum illud ſed cuncta ſimul abſtulit quæ addita invenit. Illud utiq; unum quod originaliter trahitur, etjamſi ſolum ſit, obnoxios damnationi facit: Gratia verò ex multis delictis juſtificat hominem, qui præter illud unum quod communiter cum omnibus originaliter traxit, ſua quoq; propria multa commiſit. Cap. 50. Satisfactione Chriſti tolli omnia peccata. Rom. 5.

31. Ex Adam nemo natus niſi damnatione detineatur, ſic nemo niſi in Chriſto renatus à damnatione liberatur. Cap. 51. Rom. 5.

32. De qua per unum hominem pœnâ, & per unum hominem gratiâ cum locutus fuit Apoſtolus ad Romanos, quantum illi Epiſtolæ ſuæ loco ſufficere judicavit: deinde ſacri baptiſmatis in cruce Chriſti grande myſteriũ commendavit, eo modo ut intelligamus, nihil aliud eſſe in Chriſto baptiſmum niſi mortis Chriſti ſimilitudinem, nihil autem aliud mortem Chriſti crucifixi, niſi remiſsionis peccati ſimilitudinem: ut quemadmodum in illo vera mors facta eſt, ſic in nobis vera remiſsio peccatorum: & quemadmodum in illo vera reſurrectio, ita in nobis vera juſtificatio. Cap. 52. Baptiſmi myſterium. *Vide* quæ hic de 6. Capite ad Romanos habeat.

33. Si hinc oſtendimur mortui eſſe peccato, quia in morte Chriſti baptizati ſumus, profecto & parvuli qui bapiizantur in Chriſto peccato moriuntur, quia in morte ipſius baptizantur. Nullo enim excepto dictum eſt: Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto JEſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Et ideo dictum eſt, ut probaretur mortuos nos eſſe peccato. Cui autem peccato parvuli renaſcendo moriũtur, niſi quod naſcendo traxerunt? Baptizatis itaq; in morte Chriſti, in qua non ſolum majores, verumetjam parvuli Infantium labes originalis & baptiſmus.

bapti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

baptizantur ait: Sic & vos, id eſt, quemadmodum Chriſtus, ſic & vos exiſtimate vos mortuos eſſe peccato, vivere autem DEO in Chriſto JEſu.

Cap. 53. Chriſti crux, ſepultura, reſurrectio, aſcenſio ſeſsio ad dextr.

34. Quicquid geſtum eſt in cruce Chriſti, in ſepultura, in reſurrectione tertio die, in aſcenſione in cœlum & in ſede ad dexteram patris, ita geſtum eſt, ut his rebus non myſticè tantum dictis ſed etjam geſtis configuraretur vita Chriſtiana, quæ hic geritur. Gal. 5. Rom. 6. Col. 3.

Cap. 54. Extremum iudicium.

35. Quòd de Chriſto confitemur futurum, quoniam de cœlo venturus eſt, judicaturus vivos & mortuos non pertinet ad vitam noſtram quæ hìc geritur, quia nec in rebus geſtis ejus eſt, ſed in fine ſeculi gerendis.

Cap. 55. Iudicabit vivos & mortuos.

36. Judicabit vivos, quos hìc nondum mortuos ſed adhuc in iſta carne viventes inventurus eſt ejus adventus: Et mortuos, qui de corpore priusquam veniat, exière vel exituri ſunt.

Iuſti quoq; iudicabuntur.

37. Aliquando judicium DEI ponitur in malo. Joh. 5. v. 29. aliquando & in bono. Pſal. 54. v. 3. Per judicium quippe DEI fit ipſa bonorum malorumq; diſcretio, ut liberandi à malo non perdendi cum malis boni ad dexteràm ſegregentur. Propter quod ille clamabat: Judica me DEus: Et quod dixerat velut exponens, Et diſcerne, inquit, cauſam meam de gente non ſancta.

Pſal. 43.

Cap. 56. Spiritus Sanctus.

38. Cum autem de JEſu Chriſto filii DEI unico Domino noſtro, quod ad brevitatem confeſsionis pertinet dixerimus, adjungemus ſic credere nos & in Spiritum ſanctum, ut illa Trinitas compleatur quæ DEus eſt.

Eccleſia.

39. Deinde ſancta commemoratur Eccleſia: unde datur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

datur intelligi rationalem creaturam ad Hieruſalem liberam pertinentem, poſt commemorationem creatoris, id eſt, ſummæ illius Trinitatis fuiſſe ſubdendam, Et rectus confeſsionis ordo poſcebat, ut Trinitati ſubjungeretur Eccleſia tanquam habitatori domus ſua, & DEO templum ſuum & conditori civitas ſua.

40. Eccleſia accipienda eſt non ſolum ex parte quæ peregrinatur in terris à Solis ortu uſq; ad occaſum laudans nomen Domini, & poſt vetuſtatem captivitatis cantans canticum novum: verum etjam ex illa quæ in cælis ſemper ex quo condita eſt cohæſit DEO, nec ullum ſui caſus malum experta eſt. Hæc in ſanctis angelis beata perſiſtit, & ſuæ parti peregrinanti, ſicut oportet, opitulatur, quia utraq; una erit conſortio æternitatis, & nunc una eſt vinculo charitatis, quæ tota inſtituta eſt ad colendũ unum Deum.

41. Unde nec tota nec ulla pars ejus vult ſe coli pro DEO, nec cuiquam eſſe DEus pertinenti ad templum DEI quod ædificatur ex Dijs, quos facit non factus DEus.

42. Spiritus ſanctus ſi creatura non creator eſſet, non haberet templum, ſed etjam ipſe templum eſſet. Quomodo ergo DEus non eſt, qui templum habet? aut minor Chriſto eſt, cujus membra templum habet? Neq; enim aliud templum ejus & aliud templum DEI eſt. DEus ergo habitat in templo ſuo, non ſolum Spiritus ſanctus, ſed etjam Pater & Filius: hoc eſt tota & ſumma illa Trinitas.

Spiritus ſanctus habet templum, 1. Cor. 6. 2. Cor. 6. 1. Cor. 3.

43. Sed de Eccleſia quæ in cælis eſt affirmare quid poſſumus? niſi quod nullus in ea malus eſt, nec quiſquam deinceps de illa cecidit aut caſurus eſt, ex

Cap. 57. Eccleſia Angelica.

quo

quo DEus angelis peccantibus non pepercit, ſed car-
2. Pet. 2. ceribus caliginis inferni retrudens tradidit in judicio
puniendos reſervari.

Cap. 58. Diſtinctio Angelorum. Heb. 1. Pſal. 148. Col. 1.

44. Quomodo autem ſe habeat beatiſsima illa & ſuperna ſocietas, quæ ibi ſint differentiæ perſonarum, ut cum omnes tanquam generali nomine Angeli univerſaliter nuncupentur: ſint tamen illic Archangeli: & utrum ijdem Archangeli nominentur virtutes; Et quid inter ſe diſtent quatuor illa vocabula, quibus univerſam ipſam cœleſtem ſocietatem videtur Apoſtolus eſſe complexus dicendo: ſive ſedes, ſive dominationes, ſive principatus, ſive poteſtates, dicant qui poſſunt. Si tamen poſſunt probare quod dicunt: Ego me iſta ignorare confiteor.

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacroſancti miniſterii in dictis Ducatibus candidatis & membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XXXVII
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Ericus Brun vocatus ad Sacellanatum Apenradenſem.

M DC VII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Sequuntur hæc ad ſuperiora.

EX ENCHIRIDIO AVGVSTINI AD LAVRENTIVM

Agon tertius.

Cap. 59. De Angelorum natura quæſtiones variæ.

1. De angelis quis explicet cum qualibus corporibus apparuerint hominibus, ut non ſolum cernerentur, verum etiam tangerentur: & rurſus non ſolidâ corpulentiâ ſed ſpiritali potentiâ quaſdam viſiones non oculis corporeis, ſed ſpiritalibus vel mentibus ingerant, vel dicant aliquid non ad aurem forinſecus ſed intus in animo hominis: vel appareant & in ſomnis, & colloquantur more ſomniorum: quomodo Patres eis pedes laverint: quomodo Iacob cum Angelo tam ſolida contrectatione luctatus ſit: Cum iſta quæruntur, & ea ſicut poteſt quiſq; conjectat, non inutiliter exercentur ingenia, ſi adhibeatur disceptatio moderata, & abſit error opinantium ſe ſcire quod neſciunt. Quid enim opus eſt, ut hæc atq; huiuſmodi affirmentur vel negentur vel definiantur cum diſcrimine, quando neſciuntur ſine crimine?

Cap. 60. Artes Satanæ cavendæ.

2. Magis opus eſt dijudicare atq; dinoſcere, cum ſe Satanas transfigurat velut angelum lucis, ne fallendo ad aliqua pernicioſa ſeducat. Sed quomodo unuſquiſq; hominum idoneus eſt omnes mortiferos eius dolos evadere, niſi regat atq; tueatur DEUS? Et ipſa hujus rei difficultas ad hoc eſt utilis, ne ſit ſpes ſibi quiſq;, aut homo alter alteri, ſed DEUS ſuis omnibus.

Cap. 61. Eccleſia angelorum & noſtra.

3. Hæc ergo quæ in ſanctis angelis & virtutibus DEI eſt Eccleſia, tunc nobis ſicuti eſt innoteſcet, cum ei conjuncti fuerimus in finem ad ſimul habendam beatitudinem ſempiternam. Iſta vero quæ ab illa

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

illa peregrinatur in terris, eo nobis notior eſt, quod in illa ſumus, & quia hominum eſt, quòd & nos ſumus.

4. Hæc ſanguine mediatoris nullum habentis peccatum ab omni redempta eſt peccato, ejusq; vox eſt: Si DEus pro nobis, quis contra nos? qui filio proprio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim pro angelis mortuus Chriſtus. Rom. 8.

5. Per illud ſingulare ſacrificium, in quo mediator eſt immolatus, quod unum multæ in lege victimæ figurabant, pacificantur cœleſtia cum terreſtribus, & terreſtria cum cœleſtibus: homo cum angelis quodammodo redit in gratiam poſt inimicitias, quas inter homines & ſanctos angelos peccata fecerunt. Cap. 62. Chriſtus inſtaurat omnia. Eph. 1. Col. 1.

6. Pax iſta præcellit, ſicut ſcriptum eſt, omnem intellectum, neq; ſciri à nobis niſi cum ad eam venerimus poteſt. Nam ibi ſemper eſt pax, & inter ſe univerſis intellectualibus creaturis & cum ſuo creatore. Cap. 63. Pax regni cœleſtis.

7. Cum vero æquales angelis DEI fuerimus, tunc quemadmodum & ipſi videbimus facie ad faciem, pax eorum nota nobis erit, nec præcellet tunc intellectum noſtrum. DEI vero pax quæ illic eſt & noſtrum & illorum intellectum ſine dubitatione præcellet, ut in eo quod dicitur Pax DEI quæ præcellit omnem intellectum nec ipſe intellectus ſanctorum angelorum poſsit eſſe exemptus, ſed DEI ſolius.

8. Poſt commemorationem ſanctæ Eccleſiæ in ordine confeſsionis ponitur Remiſsio peccatorum. Per hanc enim ſtat Eccleſia quæ in terris eſt, per hanc non perit quod perierat & inventum eſt. Cap. 64. Remiſsio peccatorum.

9. Excepto quippe baptiſmatis munere, quod contra originale peccatum donatum eſt, ut quod generatio- Præter baptiſmũ quoomnia

peccata remiſſa ſunt, quotidiana opus eſt remiſſione peccatorum.

ratione attractum eſt regeneratione detrahatur; Et tamen activa quoq; peccata, quæcunq; corde, ore, opere commiſſa invenerit, tollit.

10. Hac ergo excepta magna indulgentia, unde incipit hominis renovatio, in qua ſolvitur omnis reatus & ingeneratus & additus: ipſa etjam vita cætera jam ratione utentis ætatis quantalibet præpolleat fœcunditate juſticiæ ſine remiſſione peccatorum non agitur.

11. Quoniam filij DEI quam diu mortaliter vivunt cum morte confligunt: Et quamvis de illis ſit veraciter dictum: Quotquot ſpiritu DEI aguntur hi filij ſunt DEI: ſic tamen ſpiritu DEI excitantur, & tanquam filij DEI proficiunt ad DEum, ut etjam ſpiritu ſuo maximè aggravante corruptibili corpore, tanquam filij hominum quibusdam motibus humanis deficiant ad ſeipſos & ideo peccent.

Rom. 8.

12. Sanctorum quidem hominum vitam quamdiu in hac morte vivitur inveniri poſſe dicimus ſine crimine: (Neq; enim quia peccatum eſt omne crimen, ideo crimen eſt etjam omne peccatum) Peccatum autem ſi dixerimus quia non habemus noſmetipſos ſeducimus & veritas in nobis non eſt.

1.Ioh.1.

Cap.65. De pœnitentia.

13. Sed neq; de ipſis criminibus quamlibet magnis remittendis in ſancta Eccleſia DEI deſperanda eſt miſericordia pœnitentiam agentibus.

14. In actione autem pœnitentiæ, ubi tale crimen commiſſum eſt, ut is qui commiſit à Chriſti etjam corpore ſeparetur, non tam conſideranda eſt menſura temporis quam doloris: Cor enim contritum & humiliatum DEus non ſpernit.

15. Verum quia plerumq; dolor alterius cordis oc-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

cultus eſt alteri, neq; in aliorum noticiam per verba vel quæcunq; alia ſigna procedit, cum ſit coram illo, cui dicitur: Gemitus meus à te non eſt abſconditus: rectè conſtituuntur ab his qui Eccleſiæ præſunt tempora pœnitentiæ, ut fiat etjam ſatis Eccleſiæ, in qua remittuntur ipſa peccata.

16. Multa mala hic videntur ignoſci & nullis ſupplicijs vindicari, ſed eorum pœnæ reſervantur in poſterum. Neq; enim fruſtra ille propriè dicitur dies judicii, quando venturus eſt judex vivorum atq; mortuorum, ſicut è contrario vindicantur hic aliqua, & tamen ſi remittantur, profecto in futuro ſeculo non nocebunt. Cap.66. Iudicium futurum. 1. Cor. 11. 32.

17. Porro in libro cui titulus eſt de fide & operibus ſecundum ſcripturas ſanctas autor quantum DEO adjuvante potuit demonſtravit eam fidem ſalvos facere, quàm ſatis evidenter expreſsit Paulus Apoſtolus dicens: In Chriſto JEſu neq; circumciſio quicquam valet, neq; præputium, ſed fides quæ per dilectionem operatur. Si autem malè & non benè operatur, procul dubio ſecundum Jacobum mortua eſt in ſemetipſa. Cap.67. Gal. 5. Iac. 2.

18. Lege explicationem dicti 1. Cor. 3. de his qui ſuperædificant ſupra fundamentum quod eſt Chriſtus, non aurum, non argentum, non lapides precioſos, ſed ligna, fœnum, ſtipulam, de quibus dicitur quod per ignem ſalvi erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt. Ignis autem tentatio eſt tribulationis. Cap.68. Eccl.27.

19. Sine dolore non pereunt quæ cum amore poſſeſſa ſunt. Apparet ex hoc capite ſparſas jam tum opiniones de purgatorio, de quo tamen hoc loco certi Cap.69.

nihil ſtatuit autor dicens: Tale aliquid etjam poſt hanc vitam fieri incredibile non eſt, & utrum ita ſit quæri poteſt: & aut inveniri aut latere &c. de ſtipulis autem ſanctorum patrum alibi dicitur.

Cap.70. 20. Nemini DEus dedit laxamentum peccandi, quamvis miſerando deleat jam facta peccata.

Cap.71. Oratio pro remiſſione peccatorum. 21. Fidelium eſt dicere Pater noſter qui es in cœlis, qui jam patri tali regenerati ſunt ex aqua & Spiritu ſancto.

22. Delet oratio fidelium peccata à quibus vita eorum ſceleratè etjam geſta ſed pœnitendo in melius mutata diſcedit, ſi quemadmodum veraciter dicitur: Dimitte nobis debita noſtra, quoniam non deſunt quæ dimittantur, ita veraciter dicatur, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, id eſt, fiat quod dicitur.

Cap.72. Eleemoſynarum genera. 23. Non ſolum qui dat eſurienti cibum, ſitienti potum, nudo veſtimentum, peregrinanti hoſpitium, fugienti latibulum, ægro vel incluſo viſitationem, captivo redemptionem, debili ſubvectionem, cæco deductionem, triſti conſolationem, non ſano medicinam (medelã) erranti viam, deliberanti conſilium, & quod cuiq; neceſſarium eſt indigenti: verumetjam & qui dat veniam peccanti eleemoſynam dat.

24. Et qui emendat verbere in quem poteſtas datur, vel coërcet aliquâ diſciplinâ, & tamen peccatum ejus quo ab illo læſus eſt aut offenſus, dimittit ex corde, vel orat ut ei dimittatur, non ſolum in eo quod dimittit atq; orat, verumetjam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam dat, quia miſericordiam præſtat.

25. Multa enim bona præſtantur invitis, quando eorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

eorum conſulitur utilitati non voluntati: quia ipſi ſibi inveniuntur eſſe inimici, amici vero eorum potius illi quos inimicos putant, & reddunt errando mala pro bonis, cum reddere mala Chriſtianus non debeat pro malis.

26. Ea eleemoſyna nihil eſt majus, qua ex corde Cap. 73.
dimittimus, quod in nos quisq; peccavit. Diligere
27. Minus enim magnum eſt erga eum eſſe bene- inimicum.
volum, ſive etjam beneficum, qui tibi mali nihil fecerit. Illud multò grandius & magnificentiſsimæ bonitatis eſt, ut tuum quoq; inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & ſi poteſt facit, tu bonum ſemper
velis, faciasq; cum poſsis, audiens dicentem Jeſum: Math. 5.
Diligite inimicos veſtros, benefacite eis qui vos oderunt, & orate pro eis qui vos perſequuntur. Quo quidem ſe debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum orando DEum ſecumq; agendo luctandoq; producere.

28. Quisquis roganti & peccati ſui pœnitenti non
ex corde dimittit, nullo modo exiſtimet à Domino Cap. 74.
ſuo peccata dimitti, quoniam mentiri veritas non po- Peccata
teſt, qui cum docuiſſet orationem, hanc in ea poſi- non dimittentes.
tam ſententiam vehementer commendavit: Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra: Si autem non dimiſeritis hominibus, nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Ad tam magnum tonitruum qui non expergiſcitur, non dormit, ſed mortuus eſt, & tamen potens eſt ille etjam mortuos ſuſcitare.

29. Qui ſceleratiſsimè vivunt, nec curant talem Cap. 75.
vitam moresq; corrigere, & inter ipſa facinora & fla- Eleemoſynæ ſce-
gitia ſua eleemoſynas frequentare non ceſſant, fruſtra lerate viventium.

ſibi ideo (in eo) blandiuntur, quoniam Dominus ait: Date eleemoſynam & ecce omnia munda ſunt vobis.

30. Itane hoc intellecturi ſumus, ut Phariſæis non habentibus fidem Chriſti, etjamſi non in eum crediderint, nec renati fuerint ex aqua & Spiritu ſancto, munda ſint omnia, tantum ſi eleemoſynas dederint, ſicut iſti eas dandas putant, cum ſint immundi omnes quos non mundat fides Chriſti?

Act. 15. Tit. 1.

Cap. 76. Ordo charitatis & miſericordiæ.

31. Qui autem vult eleemoſynam ordinatè dare, à ſe ipſo debet incipere, & eam ſibi primum dare. Quod fit ſi nos ipſos miſeros per miſerantis Dei miſericordiam requiramus, juſtum judicium ejus confitentes quo miſeri effecti ſumus, & magnæ charitati ejus gratiam agentes (de quo utroq; Apoſtolus) ut & nos veraciter de noſtra miſeria judicantes, & DEI charitatem quã donavit ipſe diligentes piè recteq; vivamus. Quod cum Phariſæi præterirent, eleemoſynas non rectè dabant &c.

Rom. 5.

Cap. 77. Non indulgendũ vitiis freto eleemoſynis.

32. Non ergo ſe fallant, qui per eleemoſynas quaslibet largiſsimas fructuum ſuorum vel cujusq; pecuniæ impunitatẽ ſe emere exiſtimant in facinorum immanitate ac flagitiorum nequitia permanendo, non ſolum hæc facientes ſed & ita diligentes, ut in eis ſemper optent tantum ſi poſsint impune verſari.

Cap. 78. Peccatorum diſcrimen.

33. Quæ ſint lævia & quæ gravia peccata, non humano ſed divino ſunt penſanda judicio.

Cap. 79. Quæ levia videntur eſſe interdum graviſsima.

34. Sunt enim quædam, quæ leviſsima putarentur, niſi in ſcripturis demonſtrarentur opinione graviora. Quis enim dicentem fratri ſuo fatue reum gehennæ putaret, niſi veritas diceret? cui tamen vulneri ſubjecit continuò medicinam, præceptum fraternæ reconciliationis adjungens.

Matth. 5.

35. Aut

35. Aut quis exiſtimaret quam magnum peccatum ſit dies obſervare & menſes & annos & tempora, ſicut obſervant qui certis diebus ſive menſibus ſive annis volunt vel nolunt aliquid inchoare, eo quod ſecundum varias doctrinas hominum fauſta vel infauſta exiſtiment tempora, niſi hujus mali magnitudinem ex timore Apoſtoli penſaremus, qui talibus ait: Timeo ne forte ſine cauſa laboraverim in vobis. Gal. 4.

36. Huc accedit, quod peccata quamvis magna & horrenda, cum in conſuetudinem venerint, aut parva aut nulla eſſe creduntur, uſq; adeo ut non ſolum non occultanda, verumetjam jam prædicanda ac diffamanda videantur: Cap. 80. Etiam horrenda peccata uſu videntur levia.

37. Talis in divinis libris iniquitas & clamor vocatur, ut de Sodomitis & Gomorræis, quia non ſolum jam apud eos non puniebantur illa flagitia, verumetjam publica velut lege frequentabantur. Pſal. 10. Eſa. 5. Gen. 18.

38. Sic noſtris temporibus ita multa mala, & ſi non talia, in apertam conſuetudinem jam venerunt, ut pro his non ſolum excommunicare aliquem laicum non audeamus, ſed nec clericum degradare.

39. Unde cum exponerem ante aliquot annos epiſtolam ad Galatas, in loco jam citato, Timeo ne forte ſine cauſa laboraverim in vobis, exclamare compulſus ſum: Væ peccatis hominum quæ ſola inuſitata exhorreſcimus, uſitata vero pro quibus abluendis filii DEI ſanguis effuſus eſt, quamvis tam magna ſint, ut omnino claudi contra ſeſe faciant regnum DEI, ſæpe videndo omnia tolerare, ſæpe tolerando nonnulla etjam facere cogimur.

40. Immoderatus dolor nonnunquam incautè aliquid compellit dicere.

41. Dua-

Cap. 81. Peccati cauſæ.

41. Duabus ex cauſis peccamus: aut nondum videndo, quid facere debeamus, aut non faciendo quod debere fieri jam videmus, quorum duorum illud ignorantiæ malum eſt, hoc infirmitatis.

42. Contra quæ quidem pugnare nos convenit, ſed profecto vincimur, niſi divinitus adjuvemur, ut non ſolum videamus quid faciendum ſit, ſed etjam accedente ſanitate delectatio juſtitiæ vincat in nobis earum rerum delectationes, quas vel habere cupiendo, vel amittere metuendo ſcientes videntesq; peccamus: jam non ſolum peccatores, quod eramus etjam cum per ignorantiam peccabamus, verumetjam legis prævaricatores, cum id non facimus, quod faciendum jam eſſe novimus, vel facimus quod non faciendum eſſe jam ſcimus.

43. Quapropter non ſolum ſi peccavimus ut ignoſcat, propter quod dicimus: dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: verumetjam ne peccemus ut regat, propter quod dicimus, ne nos inferas in tentationem, ille rogandus

Pſal. 27. eſt, cui dicitur in Pſalmo: Dominus illuminatio mea & ſalus mea, ut illuminatio detrahat ignorantiam, ſalus infirmitatem.

Cap. 28. Miſericordia Dei ubiq; neceſſaria.

44. Nam & ipſa pœnitentia quando digna cauſa eſt ſecundum morem Eccleſiæ ut agatur, plerumq; infirmitate non agitur, quia & pudor timor eſt diſplicendi, dum plus delectat hominum æſtimatio, quam juſtitia qua ſe quisq; humiliat pœnitendo.

45. Unde non ſolum cum agitur pœnitentia, verumetjam ut agatur, Dei miſericordia neceſſaria eſt.

2. Tim. 2. Alioquin non diceret Apoſtolus de quibusdam: Ne forte det illis Deus pœnitentiam. Et ut Petrus amare

fleret,

fieret, præmiſit Evangeliſta & ait: Reſpexit eum Dominus. Luc. 22.

46. Qui vero in Eccleſia remitti peccata non credens contemnit tantam divini muneris largitatem, & in hac obſtinatione mentis diem claudit extremum, reus eſt illi irremiſsibili peccato in Spiritum ſanctum, in quo Chriſtus peccata dimittit. Cap. 83. Peccatum in Spiritum ſanctum.

47. Jam vero de reſurrectione carnis non ſicut quidam revixere, iterumq; ſunt mortui, ſed in æternam vitam, ſicut Chriſti ipſius caro reſurrexit, quemadmodum poſsim breviter diſputare, & omnibus quæſtionibus quæ de hac re moveri aſſolent ſatisfacere, non invenio. Cap. 84. Carnis reſurrectio.

48. Reſurrecturam tamen carnem omnium quicunq; nati ſunt hominum atq; naſcentur, & mortui ſunt atq; morientur, nullo modo dubitare debet Chriſtianus.

49. Unde primo occurrit de abortivis fœtibus quæſtio, qui jam quidem nati ſunt in uteris matrum, ſed nondum ita ut jam poſsint renaſci. Cap. 85. Fœtus abortivi.

50. Si enim reſurrecturos eos dixerimus, de his qui jam formati ſunt tolerari poteſt utcunq; quod dicitur. Informes vero abortus quis nõ proclivius perire arbitretur, ſicut ſemina quæ concepta non fuerint?

51. Sed quis negare audeat, etſi affirmare non audeat, id acturam reſurrectionem, ut quidquid formæ defuit impleatur, atq; ita non deſit perfectio, quæ acceſſura erat tempore, quemadmodum non erunt vitia quæ acceſſerunt tempore: ut neq; in eo quod aptum & congruum dies allaturi fuerant, natura fraudetur: neq; in eo quod adverſum atq; contrarium dies attulerant, natura turpetur: ſed integretur quod non-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

nondum erat integrum, ſicut inſtaurabitur, quod fuerat vitiatum.

Cap. 86. De vita fœtus in utero.

52. Ac per hoc ſcrupuloſiſsimè quidem inter doctiſsimos quæri ac diſputari poteſt, quod utrum ab homine inveniri poſsit ignoro, quando incipiat homo in utero vivere, utrum ſit quædam vita occulta, quæ nondum motibus viventis appareat.

53. Nam negare vixiſſe puerperia, quæ propterea membratim exſecantur & ejiciuntur ex uteris prægnantium, ne matres quoq; ſi mortua ibi relinquantur occidant, impudentia nimia videtur.

54. Ex quo autem incipit homo vivere, ex illo utiq; jam mori poteſt. Mortuus vero, ubicunq; mors potuit evenire, quomodo ad reſurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non poſſum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON ~~SPECI~~ALIS XXXIIX
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit
Nicolaus Varenholdt Huſenſis voca-
tus ad Paſtoratum in Inſula
Grode.
M DC VII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

EX AVGVSTINI AD LAVRENTIVM ENCHI-
ridio συζήτησις quarta.

Cap. 87. Monſtroſi fœtus. 1. Monſtra quæ naſcuntur & vivunt, quamlibet cito moriantur, neq; aut reſurrectura negabuntur, aut ita vitiata reſurrectura credenda ſunt, ac non potius correcta emendataq; naturâ.

2. Abſit enim ut illum bimembrem qui nuper natus eſt in oriente, de quo & fratres fideliſsimi qui eum viderunt retulerunt, & ſanctæ memoriæ Hieronymus presbyter ſcriptum reliquit: Abſit, inquam, ut unum hominem duplicem, ac non potius duos, quod futurum fuerat, ſi gemini naſcerentur, reſurrecturos exiſtimemus.

3. Ita cætera, quæ ſinguli quiq; partus vel amplius vel minus aliquid habendo, vel quadam nimia deformitate monſtra dicuntur, ad humanæ naturę figuram reſurrectione revocabuntur: ita ut ſingulæ animæ ſingula ſua corpora obtineant, nullis cohærentibus etiam quæcunq; cohærentia nata fuerant, ſed ſeorſim ſibi ſingulis ſua membra geſtantibus, quibus humani corporis completur integritas.

Cap. 88. Inſtauratio carnis quocunq; modo perierit. 4. Non autem perit DEO terrena materies, de qua mortalium creatur caro: Sed in quemlibet pulverem cineremve ſolvatur, in quoslibet halitus auraſq; diffugiat, in quamcunq; aliorum corporum ſubſtantiam vel in ipſa elementa vertatur, in quorumcunq; animalium etiam hominum cibum cedat carnemq; mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primitus, ut homo fieret, creſceret, viveret, animavit.

5. Ipſa

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

5. Ipſa terrena materies, quæ diſcedente anima fit cadaver, non ita reſurrectione reparabitur, ut ea quæ dilabuntur, & in alias atq; alias aliarum rerum ſpecies formaſq; vertuntur, quamvis ad corpus redeant unde lapſa ſunt, ad eaſdem quoq; corporis partes ubi fuerunt redire neceſſe ſit.

Cap. 89. Superflua inſtauratis corporib. non accedent.

6. Ita DEus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto quo caro noſtra conſtiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate reſtituet, curante ejuſdem providentia ne quid indecens fiat.

7. Nec illud eſt conſequens, ut ideo diverſa ſit ſtatura reviviſcentium ſingulorum, quia fuerat diverſa viventium, aut macri cum eadem macie, aut pingues cum eadem pinguedine reviviſcant.

Cap. 90. Corporib. ſuus decor addetur.

8. Sed ſi hoc eſt in conſilio creatoris, ut in effigie ſua cujuſq; proprietas & diſcernibilis ſimilitudo ſervetur, in cæteris autem corporis bonis æqualia cuncta reddantur; ita modificabitur illa in unoquoq; ut nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuerit ille ſuppleat, qui etjam de nihilo potuit quod voluit operari.

9. Indecorum aliquid ibi non erit, ſed quicquid futurum eſt hoc decebit, quia nec futurum eſt ſi non decebit.

10. Reſurgent igitur ſanctorum corpora ſine ullo vitio, ſine ulla deformitate, ſicut ſine ulla corruptione, onere, difficultate.

Cap. 91. Reſurgent corpora omni vitio libera.

11. In quibus tanta facilitas reſurgendi quanta felicitas erit.

12. Propter quod & ſpiritalia dicta ſunt, cum procul dubio corpora ſint futura non ſpiritus.

13. Sed ſicut nunc corpus animale dicitur, quod ta-

men corpus non anima eſt: ita tunc ſpiritale corpus erit, corpus tamen non ſpiritus erit.

14. Proinde quantũ attinet ad corruptionem, quæ nunc aggravat animam, & ad vitia, quibus caro adverſus ſpiritum concupiſcit, tunc non erit caro ſed corpus, quia & cœleſtia corpora perhibentur, pro-
1. Cor. 15. pter quod dictum eſt: Caro & ſanguis regnum DEI non poſſidebunt: Et tanquam exponens quod dixerat neq; corruptio inquit incorruptionem poſſidebit. Quod prius dixit caro & ſanguis, hoc poſtea dixit corruptio: Et quod prius regnum DEI, hoc poſtea incorruptionem.

15. Quantum autem attinet ad ſubſtantiam etjam tunc caro erit: propter quod & poſt reſurrectionem corpus Chriſti appellatum eſt.

16. Sed ideo ait Apoſtolus ſeminatur corpus animale, reſurget corpus ſpiritale: quoniam tanta erit tunc concordia carnis & ſpiritus, vivificante ſpiritu ſine ſuſtentaculi alicujus indigentia ſubditam carnem, ut nihil nobis repugnet ex nobis, ſed ſicut foris neminem, ita nec intus noſipſos patiamur inimicos.

Cap. 92. De corporibus damnatorum.

17. Quicunq; verò ab illa perditionis maſſa, quæ facta eſt per hominem primum, non liberantur per unum mediatorem DEI & hominum, reſurgent quidem etjam ipſi unuſquiſq; cum ſua carne, ſed ut cum diabolo & angelis ejus puniantur.

18. Utrum ſane ipſi cum vitijs & deformitatibus ſuorum corporum reſurgant, quicunq; in eis vitioſa & deformia membra geſtarunt, inquirendo laborare quid opus eſt? Neq; enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & ſempiterna damnatio.

19. Nec

19. Nec moveat quomodo in eis erit corpus incorruptibile ſi dolere poterit, aut quomodo corruptibile ſi mori non poterit.

20. Non eſt enim vera vita niſi ubi feliciter vivitur, nec vera incorruptio, niſi ubi ſalus nullo dolore corrumpitur.

21. Ubi autem infelix mori non ſinitur, ut ita dicam, mors ipſa non moritur: & ubi dolor perpetuus non interimit ſed affligit, ipſa corruptio non finitur. Hæc in ſanctis ſcripturis ſecunda mors dicitur.

22. Nec prima tamen mors, qua ſuum corpus anima relinquere cogitur, nec ſecunda, qua pœnale corpus anima relinquere non permittitur, homini accidiſſet, ſi nemo peccaſſet.

23. Mitiſsima ſane omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum quod originale traxerunt, nullum inſuper addiderunt, & in cæteris quæ addiderunt tanto quiſq; tolerabiliorẽ ibi habebit damnationem, quanto hic minorem habebit iniquitatem. Cap. 93. Infantium conditio. Gradus pœnarum.

24. Remanentibus itaq; angelis & hominibus reprobis in æterna pœna, tunc ſancti ſcient plenius quid boni eis contulerit gratia. Cap. 94. Gratia ſalutis, iudicium damnationis cauſa.

25. Quia niſi per indebitam miſericordiam nemo liberatur, & niſi per debitum judicium nemo damnatur.

26. Tunc non latebit quod nunc latet &c. cur apud quoſdam non factæ ſint virtutes, quæ ſi factæ fuiſſent, egiſſent illi homines pœnitentiam, & factæ ſint apud eos, qui non fuerant credituri. Nec utiq; DEus injuſtè noluit ſalvos fieri, cum poſſent ſalvi eſſe ſi vellent. Cap. 96. Quæ nunc occulta, olim revelabuntur. Math. 11.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

27. Tunc in clariſsima luce ſapientiæ videbitur, quod nunc piorum fides habet, antequam manifeſta cogitatione videatur: quam certa & immutabilis & efficaciſsima ſit voluntas DEI, quam multa poſsit & non velit, nihil autem velit quod non poſsit: quamq; ſit verum quod in Pſalmo canitur: DEus autem noſter in cœlo ſurſum, in cœlo & in terra omnia quæcunq; voluit fecit. Quod utiq; non eſt verum, ſi aliqua voluit & non fecit, & quod eſt indignius ideo non fecit, quoniam ne fieret quod volebat omnipotens, voluntas hominis impedivit.

28. Non ergo fit aliquid niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo ut fiat, vel ipſe faciendo.

Cap. 96. Dei omnipotentia, bonitas & iuſticia.

29. Nec dubitandum eſt DEum facere benè etjam ſinendo fieri quæcunq; malè. Non enim hoc niſi juſto judicio ſinit. Et profectò bonum eſt omne quod juſtum eſt.

30. Quamvis ergo ea quæ mala ſunt in quantum mala ſunt non ſunt bona: tamen ut non ſolum bona, ſed etjam ſint & mala bonum eſt.

31. Nam niſi eſſet hoc bonum ut eſſent & mala, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotente bono, cui procul dubio quam facile eſt quod vult facere, tam facile eſt quod non vult eſſe non ſinere.

32. Hoc niſi credamus, periclitatur ipſum noſtræ fidei confeſsionis initium, qua nos in DEum patrem omnipotentem credere confitemur. Neq; enim veraciter ob aliud vocatur omnipotens, niſi quia quicquid vult poteſt, nec voluntate cujuſpiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus.

Cap. 97.

33. Legatur pia conſideratione atq; ad fidei ædificationem & conſolationem accommodetur diſputatio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

tatio de dicto Pauli: DEus vult omnes homines ſalvos fieri &c.

34. Quis niſi inſipiens DEum iniquum putet, ſive judicium pœnale ingerat digno, ſive miſericordiam præſtet indigno? Cap.98. DEI gratia & judicium.

35. Ambo gemini natura filij iræ naſcebantur nullis quidem operibus proprijs ſed originaliter ex Adam vinculo damnationis obſtricti. Rom.9. Eph.2.

36. Altiſsimo ac ſaluberrimo ſacramento univerſa facies, atq; ut ita dixerim vultus ſanctarum ſcripturarum bene intuentes id admonere invenitur, ut qui gloriatur in Domino glorietur.

37. Miſeretur DEus magna bonitate, & obdurat nulla iniquitate, ut nec liberatus de ſuis meritis glorietur, nec damnatus niſi de ſuis meritis conqueratur. Cap.99.

38. Hæc ſunt magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates ejus, & tam ſapienter exquiſita, ut cum angelica & humana creatura peccaſſet, id eſt, non quod voluit ille ſed quod voluit ipſa feciſſet, etjam per eandem creaturæ voluntatem, qua factum eſt quod creator noluit, impleret ipſe quod voluit, benè utens & malis tanquam ſummè bonus &c. Cap.100. Omnipotens DEI voluntas.

39. Hoc quippe ipſo quod contra voluntatem DEI fecerunt, de ipſis facta eſt voluntas ejus.

40. Miro & ineffabili modo non fit præter DEI voluntatem, quod etjam contra ejus fit voluntatem: quia non fieret ſi non ſineret, nec utiq; nolens ſinit ſed volens. Nec ſineret bonus fieri malè, niſi omnipotens etjam de malo facere poſſet benè.

41. Aliquando bona voluntate homo vult aliquid, quod DEus non vult etjam ipſe bona multò amplius Cap.101. Bona vo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

luntas alia DEI, alia hominis.

multoq; certius voluntate. Nam illius mala voluntas eſſe nunquam poteſt: Tanquam ſi bonus filius patrem velit vivere, quem Deus bona voluntate vult mori.

42. Et rurſus fieri poteſt, ut hoc velit homo voluntate mala quod DEus vult bona, velut ſi malus filius velit mori patrem, velit hoc etjam DEus.

43. Nempe ille vult quod non vult DEus: iſte vero id vult quod vult & DEus. Et tamen bonæ voluntati DEI pietas illius potius conſonat, quamvis aliud volentis, quam hujus idem volentis impietas.

44. Tantum intereſt quid velle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem ſuam quiſq; referat voluntaten, ut aut approbetur aut improbetur.

45. Nam DEus quaſdam voluntates ſuas utiq; bonas implet per malorum hominum voluntates malas, ſicut per Judæos malevolos bona voluntate patris Chriſtus pro nobis occiſus eſt: Quod tantum bonum factum eſt, ut Apoſtolus Petrus, quando fieri id nolebat, Satanas ab ipſo, qui occidi venerat, diceretur.

46. Quam bonæ apparebant voluntates piorum fidelium, qui nolebant Apoſtolū Paulum Hieruſalem pergere, ne ibi pateretur mala, quæ Propheta Agabus prædixerat. Et tamen DEus hæc illum pati volebat pro annuncianda fide Chriſti, exercens martyrem Chriſti. Neq; iſte bonam voluntatem ſuam implevit per Chriſtianorū voluntates bonas ſed per Judæorum malas: Et ad eum potius pertinebant qui nolebant quod volebat, quam illi per quos volentes factum eſt quod volebat, quia idipſum quidem ſed ipſe per eos bona illi autem mala voluntate fecerunt.

47. Sed

47. Sed quantælibet ſint voluntates vel angelorum vel hominum, vel bonorum vel malorum, vel illud quod DEus, vel aliud volentes quam DEus, omnipotentis voluntas DEI ſemper invicta eſt, quæ mala eſſe nunquam poteſt: quia etjam cum mala irrogat juſta eſt, & profectò quia juſta eſt mala non eſt.

48. Omnes homines, omne genus humanum intelligamus per quascunq; differentias diſtributum, reges, privatos: nobiles, ignobiles: ſublimes, humiles: doctos, indoctos: integri corporis, debiles: ingenioſos, tardicordes, fatuos: divites, pauperes, mediocres: mares, fœminas: infantes, pueros, adoleſcentes, juvenes, ſeniores, ſenes: in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in profeſsionibus omnibus, in voluntatum & conſcientiarum varietate innumerabili conſtitutos, & ſi quid aliud differentiarum eſt in hominibus. Cap. 103. Vult Deus omnes ſalvos fieri.

49. Præceperat enim Apoſtolus ut oraretur pro ſingulis hominibus, & ſpecialiter addiderat pro regibus & his qui in ſublimitate ſunt, qui putari poterant faſtu & ſuperbia ſeculari à fidei Chriſtianæ humilitate abhorrere: proinde dicens: Hoc (id eſt ut etjam pro talibus oretur) enim bonum eſt coram ſalvatore noſtro DEO: ſtatim ut deſperationem tolleret addit: Qui omnes homines vult ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Hoc quippe DEus bonum judicavit, ut orationibus humilium dignaretur ſalutem præſtare ſublimium, quod utiq; jam videmus impletum.

50. Primum hominem Deus in ea ſalute, in qua conditus erat, cuſtodire voluiſſet, eumq; oportuno tempore poſt genitos filios ſine interpoſitione mortis ad Cap. 104. Præſcientia DEI.

meliora

meliora perducere, ubi jam non ſolum peccatum non committere, ſed nec voluntatem poſſet habere peccandi, ſi ad permanendum ſine peccato ſicut factus erat perpetuam voluntatẽ habiturum eſſe præſciſſet.

51. Quia verò eum malè uſurum libero arbitrio hoc eſt peccaturum eſſe præſciebat, ad hoc potius præparavit voluntatem ſuam, ut bene ipſe faceret etjam de malè faciente, ac ſic hominis voluntate mala non evacuaretur, ſed nihilominus impleretur omnipotentis bona.

Cap. 105. Voluntas ante lapſum & poſt beatam reſurrectionem.

52. Sic enim oportebat prius hominem fieri, ut & benè velle poſſet & malè, poſtea vero ſic erit, ut malè velle non poſsit, nec ideo libero carebit arbitrio: multo quippe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit ſervire peccato.

53. Neq; enim culpanda eſt voluntas, aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt, quo beati ſic eſſe volumus, ut eſſe miſeri non ſolum nolimus, ſed nequaquam prorſus velle poſsimus.

54 Sicut ergo nunc etjam anima noſtra nolle infelicitatem, ita tunc nolle iniquitatem ſemper habitura eſt.

55. Sed ordo prætermittendus non fuit, in quo DEus voluit oſtendere, quam bonum ſit animal rationale quod etjam peccare poſsit, quamvis ſit melius quod peccare non poſsit: Sicut minor fuit immortalitas, ſed tamen fuit in qua poſſet etjam mori, quamvis major futura ſit in qua non poſsit mori.

Cap. 106. Liberum arbitrium & gratia.

56. Illam natura humana perdidit per liberum arbitrium, & hanc eſt acceptura per gratiam, quam fuerat (ſi non peccaſſet) acceptura per meritum, quamvis ſine gratia nec tunc ullum meritum eſſe potuiſſet.

57. Poſt

57. Poſt ruinam major eſt DEI miſericordia, quando & ipſum liberum arbitrium liberandum eſt à ſervitute cui dominatur cum morte peccatum: Nec omnino per ſeipſum, ſed per ſolam DEI gratiam, quæ in fide Chriſti poſita eſt, liberatur, ut voluntas ipſa, ſicut ſcriptum eſt, à Domino præparetur, qua cætera DEI munera capiantur, per quæ veniatur ad munus æternum.

58. Unde & ipſam vitam æternam, quæ certa merces eſt operum bonorum, gratiam DEI appellat Apoſtolus, Rom. 6. Cap. 107. Gratia & ſtipendium peccati.

59. Stipendium pro opere militiæ debitum redditur non donatur: ideo dixit: ſtipendium peccati mors, ut mortem peccato non immerito illatam, ſed debitam demonſtraret. Gratia vero niſi gratis ſit, gratia non eſt.

60. Factus eſt homo rectus ut & manere in ea rectitudine poſſet, & ſuo fieri perverſus arbitrio, utrumlibet horum elegiſſet, DEI voluntas fieret, aut etiam ab illo, aut certe de illo. Proinde quia ſuam maluit facere quam DEI, de illo facta eſt voluntas DEI.

61. Neq; per ipſum liberaremur unum mediatorem DEI & hominum hominem Chriſtum Jeſum niſi eſſet & DEUS. Cap. 108. Mediator Chriſtus.

62. Sed cum factus eſt Adam, homo ſcilicet rectus, mediatore non opus erat. Cum vero genus humanum peccata longe ſeparaverunt à DEO, per mediatorem qui ſolus ſine peccato natus eſt, vixit & occiſus eſt, reconciliari nos oportebat DEO uſq; ad carnis reſurrectionem in vitam æternam: ut & humana ſuperbia per humilitatem DEI argueretur ac ſanaretur, & demonſtraretur homini, quam longe à DEO receſſe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

receſſerat, cum per incarnatum DEUM revocaretur, & per hominem DEUM exemplum obœdientiæ contumaci homini præberetur, & unigenito ſuſcipiente formam ſervi, fons gratiæ panderetur, & carnis etiam reſurrectio redemptis promiſſa in ipſo redemptore pręmonſtraretur, & per eandem naturam quam ſe decepiſſe lætabatur Diabolus vinceretur, nec tamen homo gloriaretur, ne iterum ſuperbia naſceretur: Et ſi quid aliud de tanto mediatoris ſacramento à proficientibus videri & dici poteſt, aut tantum videri, etiam ſi non dici poteſt.

Cap. 111. Duæ civitates poſt iudicium.

63. Poſt reſurrectionem facto univerſo impletoq; judicio ſuos fines habebunt civitates duæ, una Chriſti, altera Diaboli, una bonorum, altera malorum, utraq; angelorum & hominum.

64. Iſtis voluntas, illis facultas non poterit ulla eſſe peccandi, vel ulla conditio moriendi: iſtis in æterna vita verè feliciterq; viventibus, illis infeliciter in æterna morte ſine moriendi poteſtate durantibus, quoniam utriq; ſine fine, ſed in beatitudine iſti alius alio præſtabilius, in miſeria vero illi alius alio tolerabilius permanebunt.

Cap 112. Pœna impiorum æterna.

65. Fruſtra nonnulli imo quam plurimi æternam damnatorum pœnam & cruciatus ſine intermiſſione perpetuos humano miſerantur affectu, atq; ita futurum eſſe non credunt: non quidem ſcripturis adverſando divinis, ſed pro ſuo motu dura quæq; molliendo & in leniorem flectendo ſententiam, quæ putant in eis terribilius eſſe dicta quam verius.

66. Nec damnationem opinandum eſt poſſe finiri eorum de quibus dictum eſt: Et ibunt hi in ſupplicium æternum: nec putanda habitura finem quandoq; felicitas illorum de quibus è contrario dictum eſt: iuſti autem in vitam æternam.

Cap. 113. Mors impiorum ut vita piorum perpetua.

67. Manet ergo ſine fine mors illa perpetua damnatorum, id eſt, alienatio à vita Dei, & omnibus erit ipſa communis, quamlibet homines de varietate pœnarum, de dolorum relevatione vel intermiſſione pro ſuis humanis motibus ſuſpicentur: ſicut manebit communiter omnium vita æterna ſanctorum, quamlibet bonorum diſtantia concorditer fulgeant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENER. XXXIX ET XL
quibus adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebunt
Georgius Michaëlius vocatus ad Paſtora-
tum Ubergenſem
Hermannus Stampius vocatus ad Sa-
cellanatum Sueſingenſem.
M DC VII.

HOMILIA QUINTA ET SEXTA
ex Lib. Aug. qui inſcribitur Enchir. ad Lavrentium de fide, ſpe, & charitate.

Cap. 114. Ex fidei confeſsione naſcitur ſpes, quam charitas comitatur.

1. Ex iſta fidei confeſsione, quæ breviter ſymbolo continetur, & carnaliter cogitata lac eſt parvulorum, ſpiritaliter autem conſiderata atq; tractata cibus eſt fortium, naſcitur ſpes bona fidelium, cui charitas ſancta comitatur.

2. Sed de his omnibus, quæ fideliter ſunt credenda, ea ad ſpem pertinent, quæ in oratione Dominica continentur. Non enim niſi à Domino Deo petere debemus quicquid ſperamus &c.

Cap. 115. Oratio Dominica ſecundum Matthæum.

3. Apud Evangeliſtam Matthæum ſeptem petitiones continere Dominica videtur oratio, quarum in tribus æterna poſcuntur, in reliquis quatuor temporalia, quæ tamen propter æterna conſequenda ſunt neceſſaria.

4. Nam quod dicimus: Sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra: omnino retinenda ſunt ſine fine, & hi inchoata, quantumcunq; proficimus, augentur in nobis, perfecta vero, quod in alia vita ſperandum eſt ſemper poſsidebuntur.

5. Quod vero dicimus: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & ne no inducas in tentationem, ſed libera nos à malo: qui non videat ad præſentis vitæ indigentiam pertinere

6. In illa itaq; vita æterna, ubi nos ſemper ſperamu futuros, & nominis Dei ſanctificatio, & regnum ejus & voluntas ejus in noſtro ſpiritu & corpore perfect atq; immortaliter permanebunt.

7. Pan

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

7. Panis vero quotidianus ideo dictus eſt, quia hic eſt neceſſarius, quantus animæ carniq; tribuendus eſt, ſive ſpiritaliter, ſive carnaliter, ſive utroq; intelligatur modo: hic eſt etjam quam poſcimus remiſsio, ubi eſt omnis peccatorum commiſsio: hic tentationes, quæ nos ad peccandum vel alliciunt vel impellunt: hic deniq; malum unde cupimus liberari: illic autem nihil eſt iſtorum.

8. Evangeliſta vero Lucas in oratione Dominica petitiones non ſeptem ſed quinq; complexus eſt, nec ab iſto utiq; diſcrepavit, ſed quomodo iſta ſeptem ſint intelligenda, ipſa ſua brevitate commonuit. Cap. 116. Eadem oratio ſecundum Lucam.

9. Oſtendens enim tertiam petitionem duarum ſuperiorum eſſe quodammodo repetitionẽ magis eam prætermittendo fecit intelligi.

10. Deinde tres alias adjungit, de pane quotidiano, de remiſsione peccatorum, de tentatione vitanda. At vero quod ille in ultimo poſuit, ſed libera nos à malo, iſte non poſuit, ut intelligeremus ad illud ſuperius quod de tentatione dictum eſt pertinere. Ideo quippe ait, ſed libera, non ait, & libera, tanquam unam petitionem eſſe demonſtrans, non hoc ſed hoc, ut ſciat unuſquisq; in eo ſe liberari à malo quod non infertur in tentationem.

11. Jam porro charitas quam duabus iſtis id eſt fide ac ſpe majorem dixit Apoſtolus, quanto in quocunq; major eſt tanto melior eſt in quo eſt. Cap. 117. De charitate.

12. Qui rectè amat proculdubio rectè credit & ſperat: qui vero non amat, inaniter credit, etjamſi ſunt vera quæ credit: inaniter ſperat, etjamſi ad veram felicitatem doceantur pertinere quæ ſperet, niſi & hoc credat ac ſperet, quod ſibi petenti donari poſsit ut amet.

13. Quamvis enim ſperare ſine amore non poſsit, fieri tamen poteſt, ut id non amet ſine quo ad id quod ſperat non poteſt pervenire, tanquam ſi ſperet vitam æternam, quamvis non habeat & non amet juſtitiam, ſine qua nemo ad illam pervenit.

Gal. 5. Matth. 7. 14. Ipſa eſt autem fides Chriſti quam commendat Apoſtolus quæ per dilectionem operatur, & quod in dilectione nondum habet, petit ut accipiat, quærit ut inveniat, pulſat ut aperiatur ei.

15. Fides namq; impetrat quod lex imperat.

16. Nam ſine DEI dono id eſt ſine Spiritu ſancto per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris jubere lex poterit non juvare, & prævaricatorem inſuper facere qui de ignorantia ſe excuſare non poſsit.

17. Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non eſt Dei charitas.

Cap. 118. Quatuor hominis quaſi ætates ſeu ſtatus.

18. Sed cum in altiſsimis ignorantiæ tenebris nulla reſiſtente ratione vivitur ſecundum carnem, hæc ſunt prima hominis.

19. Deinde cum per legem cognitio fuerit facta peccati, ſi nondum divinus adjuvat Spiritus, ſecundum legem volens vivere vincitur, & ſciens peccat, peccatoq; ſubditus ſervit (à quo enim quis devictus eſt, huic & ſervus addictus eſt) id agente ſcientia mandati, ut peccatum operetur in homine omnem concupiſcentiam, cumulo prævaricationis adjecto, atq; ita quod ſcriptum eſt impleatur: Lex ſubintravit, ut abundaret delictum. Hæc ſunt ſecunda hominis.

20. Si autem reſpexerit DEus ut ad implenda quæ mandat ipſe adjuvare credatur, ut agi homo cæperit DEI ſpiritu, concupiſcitur adverſus carnem fortiore robore charitatis, ut quamvis ſit adhuc quod homini

repugnet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

repugnet ex homine, nondum tota infirmitate ſanata, ex fide tamen juſtus vivat, juſteq; vivat, in quantum nō cedit malæ concupiſcentiæ vincente delectatione juſtitiæ. Hæc ſunt tertia bona ſpei hominis.

21. In quibus ſi piâ perſeverantia quisq; proficiat, poſtrema pars reſtat, quæ poſt hanc vitam in requie ſpiritus, deinde in reſurrectione etjam carnis implebitur.

22. Harum quatuor differentiarum prima eſt ante legem, ſecunda ſub lege, tertia ſub gratia, quarta in pace plena atq; perfecta.

23. Sic eſt & Dei populus ordinatus per temporum intervalla ſicut DEO placuit, qui in menſura & numero & pondere cuncta diſponit. Nam fuit primitus ante legem: ſecundo ſub lege, quæ per Moyſen data eſt: deinde ſub gratia quæ revelata eſt per primum mediatoris adventum.

24. Quæ quidem gratia nec antea defuit, quamvis pro temporis diſpenſatione velata & occulta. Neq; enim antiquorum quicunq; juſtorum præter Chriſti fidem ſalutem potuit invenire. At vero niſi & illis cognitus fuiſſet, non potuiſſet nobis per eorum miniſterium aliâs apertius, aliâs occultius prophetari.

25. In quacunq; autem quatuor iſtarum velut ætatum ſingulum quemq; hominem gratia regenerationis invenerit, ibi ei remittuntur præterita univerſa peccata, & reatus ille naſcendo contractus renaſcendo diſſolvitur. Cap. 119. Renaſcentia ſpiritus.

26. Tamq; multum valet quod ſpiritus ubi vult ſpirat, ut quidam ſecundum illam ſervitutem ſub lege eſſe non noverint, ſed cum mandato incipiant adjutorium habere divinum.

Cap. 120. Sacramentum regenerationis. 27. Antequam poſsit autem homo capax eſſe mandati, ſecundum carnem vivat neceſſe eſt: ſed ſi jam ſacramento regenerationis imbutus eſt, nihil ei mors oberit ſi tunc ex hac vita migraverit.

28. Ideo enim Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, ut & vivorum & mortuorum dominetur, nec tenebit regnum mortis eum pro quo mortuus eſt ille liber in mortuis.

Cap. 121. Charitas. 29. Omnia præcepta divina referuntur ad charitatem de qua dicit Apoſtolus: Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta. Omnis itaq; præcepti finis eſt charitas, id eſt, ad charitatem refertur omne præceptum.

30. Quod vero ita fit vel timore pœnæ vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad illam charitatem, quam diffundit Spiritus ſanctus in cordibus noſtris, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur.

31. Charitas quippe iſta Dei & proximi: Et utiq; in his duobus præceptis tota Lex pendet & Prophetæ: adde Evangelium, adde & Apoſtolos, non enim aliunde vox iſta: Finis præceptis eſt charitas. Et: Deus eſt charitas.

32. Quæcunq; ergo mandat Deus ex quibus unum eſt: Non mœchaberis: Et quæcunq; non jubentur ſed ſpeciali conſilio monentur ex quibus unum eſt: Bonum eſt homini mulierem non tangere, tunc rectè fiunt cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum, & in hoc ſeculo & in futuro, nunc Deum per fidem, tunc per ſpeciem.

33. Et ipſum proximum nunc per fidem. Non enim ſcimus mortales corda mortalium, tunc autem illumi-

nabit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

nabit Dominus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuiq; à Deo, quia id laudabitur & diligetur à proximo, quod ne lateat ab ipſo illuminabitur Deo.

34. Minuitur autem cupiditas charitate creſcente, donec veniat hic ad tantam magnitudinẽ qua major eſſe non poſsit: ibi autem quis explicet quanta charitas erit, ubi cupiditas quam vel coërcendo ſuperet nulla erit, quando ſumma ſanitas erit, quando contentio mortis nulla erit.

35. Sit libri finis, quem ego ad te cum ſpernenda tua in Chriſto JEſu ſtudia non putarem, bona de te credens, in adjutorio noſtri redemptoris confidens ac ſperans, teq; in ejus membris plurimum diligens, ſicut valui, utinam tam commodum quàm prolixum de fide, ſpe & charitate conſcripſi. Cap. 122. Concluſio Enchiridii.

36. Quidam Chriſtianæ ac fraternæ charitatis obliti in tantum exiſtimationem noſtram quoquo modo ſtudent lædere, ut ſuam ſe evertere nocendi cupiditate non videant, ineptiſsimarum quarundam blasphemiarum prodigioſa mendacia contexentes, eaq; oſtendenda & ingerenda multis publicè privatimq; circumferentes, talia in noſtro eſſe ſenſu qualia diabolico indiculo continentur aſſerentes. Appendix ex ſcripto Auguſt. quo refellit articulos ſedecim ſibi à Pelagianis falſo impoſitos.

37. Quæ falſo in nos ad excitandam invidiam jactitari facile & ſufficienter ſubſcriptione unius probaremus anathematis, niſi malignitas eorum, qui ſe gravari putant, ſi de nobis benè ſentiatur, ipſam ſubſcriptionis noſtræ brevitatem ſuſpectam eſſet habitura.

38. Unde ne hujus querelæ inveniretur occaſio, adjuvante Domino ſive ad calumniantium animos mitigandos, ſive ad eos quorum auribus tale aliquid inſonuit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſonuit inſtruendos, plenè lucidèq; ſub unoquoq; articulorum ſenſus noſtri & fidei quam contra Pelagianos defendimus verba ponemus, ut agnoſcant evidenter omnes impiarum prophanarumq; opinionum nullum cordibus noſtris inhæſiſſe veſtigium, & blaſphemias quas perſpexerint noſtra profeſsione damnari in earundem repertoribus cenſeant debere puniri.

Exreſponſione ad Artic. I. Quod Dominus noſter IEſus Chriſtus non pro omnium hominum redemptione ſit paſſus.

39. Quod ad magnitudinem & potentiam precii, & quod ad unam pertinet cauſam generis humani, ſanguis Chriſti redemptio eſt totius mundi, ejusq; mors verum & potens remedium contra vulnus peccati, quo in Adam omnium hominum corrupta & mortificata eſt natura, & unde omnium concupiſcentiarum morbus inolevit: ſed qui hoc ſeculum ſine fide Chriſti & ſine regerationis ſacramento pertranſeunt redemptionis alieni ſunt.

40. Cum itaq; per unam omniũ naturam omnium cauſam à Domino noſtro in veritate ſuſceptam redempti omnes rectè dicantur: redemptionis tamen proprietas haud dubium penes illos eſt, de quibus princeps hujus mundi miſſus eſt foras, & jam non vaſa diaboli ſed membra ſunt Chriſti. Poculum quippe immortalitatis quod confectum eſt de infirmitate noſtra & virtute divina, habet quidem in ſe ut omnibus proſit, ſed ſi non bibitur non proficit.

Reſp. ad Artic. 2. Quod Deus nolit omnes ſalvare, etiamſi omnes ſalvari velint.

41. Remota diſcretione quam divina ſcientia intra ſecretum juſtitiæ ſuæ continet ſinceriſsimè credendũ eſt atq; profitendum, Deum velle ut omnes homines ſalvi fiant: ſiquidem Apoſtolus, cujus iſta eſt ſententia, ſolicitè præcipit, quod in omnib. Eccleſiis piiſsimè cuſtoditur, ut Deo pro omnibus hominibus ſupplicetur;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

plicetur: Ex quibus quod multi pereunt, pereuntium eſt meritum, quod multi ſalvantur, ſalvantis eſt donum. Ut enim reus damnetur, inculpabilis eſt DEI juſtitia: ut autem reus juſtificetur, ineffabilis DEI gratia eſt.

Artic. 3. Quod Deus maiorem partem generis humani ad hoc creat, ut illam perdat in æternum.

42. Omnium quidem hominum DEus creator eſt, ſed nemo ab eo ideo creatus eſt ut pereat: quia alia cauſa eſt naſcendi, & alia pereundi: ut enim naſcantur homines eſt beneficium, ut autem pereant prævaricatoris eſt vitium.

43. Nimis impius & indoctus eſt qui vitium naturæ non diſcernit ab autore naturæ, à quo prorſus alienum eſt, quicquid in unoquoq; damnandum eſt.

Artic. 4. Quod maior pars generis humani ad hoc creatur à Deo, ut non Dei ſed diaboli faciat voluntatem.

44. Inſanum & omnino contra rationem eſt dicere voluntatem DEI fieri non ex voluntate DEI, & damnatorem Diaboli ejusq; famulorum velle, ut Diabolo ſerviatur.

45. Nec dicimus ideo creari hominem quenquam, ut Diaboli faciat voluntatem: ſed merito creatura peccatrix pœnalem illius damnationem patitur, cui relicto vero Deo ſponte ſe vendidit: quæ ſervitus non inſtitutio DEI eſt ſed judicium.

Artic. 5. Quod peccatorum noſtrorũ autor ſit Deus, & quod malam voluntatem faciat hominum, plasmet ſubſtanti-

46. Nos etſi omnes homines prævaricationis reos & damnationis obnoxios naſci aſſerimus, DEum tamen juſtum bonum, ſic humanæ ſubſtantiæ & interiorum exteriorumq; ſenſuum novimus creatorem, ut prorſus ab illo ſit quicquid pertinet ad naturam, & prorſus ab illo non ſit quicquid eſt contra naturam: peccatum autem contra naturam eſt, de quo mors & omnia quæ ſunt mortis oriuntur.

47. Non ergo cujusquam peccati autor Deus eſt, ſed naturæ creator, quod cum poteſtatem habuerit

non

am quæ naturali motu non poſsit non peccare.

non delinquendi ſponte deliquit, & deceptori ſuo propria voluntate ſe ſubdidit.

48. Nec naturali ſed captivo motu verſatur in vitio, donec moriatur peccato & vivat Deo.

Artic. 6. Quod Deus in hominibus tale plasmet arbitrium quale eſt dæmonum, quod proprio motu nihil aliud poſsit vel velit niſi malum.

49. Totus quidem mundus in maligno poſitus eſt, & multorum hominum talis eſt malitia, qualis & dæmonum Joh. 8: ſed hoc inter malos homines & dæmones diſtat, quod hominibus etjam valde malis ſupereſt reconciliatio: dæmonibus nulla ſervata eſt converſio.

50. Sicut prævaricatoribus angelis non indidit Deus illam in qua in veritate non ſteterunt voluntatem: ita nec hominibus hunc affectum quo diabolum imitarentur inſeruit.

Artic. 7. Quod hæc ſit voluntas Dei, ut magna pars Chriſtianorum ſalva eſſe nec velit nec poſsit.

51. Qui pietatem Chriſtianæ converſationis & fidei deſerentes in prophanos errores aut in damnabiles mores irrevocabiliter tranſierunt, non dubium eſt, quod talem voluntatem habentes ſalvi eſſe nolunt, & quamdiu ſalvi eſſe nolunt, ſalvi eſſe non poſſunt.

52. Sed nullo modo credendum eſt hujusmodi homines in hanc deſperationem ex Dei voluntate cecidiſſe, cum potius Dominus allevet omnes qui corrunt, & erigat omnes eliſos.

53. Dei ergo eſt voluntas ut in bona voluntate maneant, qui & priusquam deſeratur, neminem deſerit, & multos deſertores ad ſe convertit.

Artic. 8. Quod nolit Deus ut omnes Catholici in fide Catholica perſeverent, ſed velit ut magna pars exinde apoſtatet.

54. Non eſt diſsimilis impietas hujus blaſphemiæ à præcedenti ſententia: Quod ergo ad illam, hoc etjam ad iſtam quæ in nullo eſt diverſa reſponſum ſit.

Artic. 9. Quod velit Deus ut

55. Idem hujus definitionis inſania ſonat: unde mirandum eſt objicientem tertio repetiſſe, quod ſemel dixiſſe

dixiſſe ſuffecerat. Sed ut res eſt, numerum criminationis augere voluit, quia ſenſum variare non potuit. magna pars ſanctorum à ſanctitatis propoſito ruat.

Art. 10. Quod peccata hominum ideo contingant, quia illos Deus ad hoc prædeſtinavit, ut caderent.

56. Deteſtanda & abominanda opinio eſt, quæ Deum cujusquam malæ voluntatis aut malæ actionis credit autorem, cujus prædeſtinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra juſtitiam eſt.

57. Adulteria enim & peccata alia non inſtruere novit ſancta divinitas, ſed damnare, nec diſponere, ſed punire, quæ mala homines cum admittunt, ſuis concupiſcentiis & cupiditatibus ſerviunt, quas ab illa prima voluntariæ prævaricationis labe traxerunt.

58. Non ergo caſus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neq; cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei aut excitavit, aut ſuaſit, aut impulit: ſed plane prædeſtinavit judicium ſuum, quo unicuiq; retributurus eſt prout geſsit, ſive bonum ſive malum, quod judicium futurum non eſſet, ſi homines Dei voluntate peccarent, quia damnabitur homo, quod non DEI ſed ſuam executus eſt voluntatem.

Art. 11. Quod quando patres inceſtant filias, & matres filij, vel quando ſervi dominos occidunt, ideo fiat, quia Deus prædeſtinavit ut ita fieret.

59. Si diabolo objiceretur, quod talium facinorum ipſe autor, ipſe eſſet inventor, puto quod aliqua ratione hac ſe poſſet exonerare invidia, & talium ſcelerum patratores de ipſorum voluntate vinceret, quia etſi delectatus ſit furore peccantium, probaret tamen ſe non intuliſſe vim criminum: Qua ergo inſipientiâ, quave dementiâ definitur ad DEI referendum eſſe conſilium, quod nec diabolo in toto aſſcribi poteſt, qui in peccantium flagitijs illecebrarum adjutor non voluntatum credendus eſt eſſe generator.

60. Ni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

60. Nihil ergo talium negociorum Deus prædeſtinavit ut fieret, nec illam animam turpiter nequiterq; victuram, ad hoc ut taliter viveret, præparavit, ſed talem futuram non ignoravit, & de tali ſe juſtè judicaturum eſſe præſcivit.

Art. 12. Quod Dei prædeſtinatione de filiis Dei efficiantur filii diaboli, & de templo Spiritus ſancti templa dæmonum, & de membris Chriſti membra meretricis.

61. Nullo modo prædeſtinatio Dei facit, ut aliqui ex filiis Dei ſint filii Diaboli &c. Chriſtus enim alligat fortem & vaſa ejus rapit, eruens de poteſtate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriam: Qui autem exierunt (1. Johan. 2.) voluntate exierunt, voluntate ceciderunt. Et quia præſciti ſunt caſuri non ſunt prædeſtinati: eſſent autem prædeſtinati ſi eſſent reverſuri & in ſanctitate ac veritate manſuri: ac per hoc prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi, nemini cauſa labendi.

Art. 13. Quod omnes fideles illi & ſancti, qui ad æternam mortem prædeſtinati ſunt, qui ad vomitum ſuum relabuntur, vitio quidem ſuo id facere videntur, ſed ipſius vitii cauſa eſt divina prædeſtinatio, quæ illis latenter ſubtrahit bonas voluntates.

62. Idem ſpiritus blaſphemiarum, mendacii & impietatis perſeverat. Omnibus quidem à fide ad infidelitatem, à ſanitate ad turpitudinem relapſis & ante finem vitæ nulla emendatione purgatis nihil aliud quam æterna mors debetur: ſed nefas eſt Deo aſſcribere cauſas talium ruinarum, qui etſi ex æterna ſcientia præcognitum habet, quid unicuiq; retributurus ſit, nemini tamen per hoc quod falli non poteſt, aut neceſsitatem aut voluntatem intulit delinquendi.

63. Si ergo à juſtitia & pietate quis deficit ſuo in præceps fertur arbitrio, ſuâ concupiſcentiâ trahitur,

ſua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſua perſuaſione decipitur: nihil ibi pater, nihil filius, nihil Spiritus ſanctus: nec in tali negocio quicquam divinæ voluntatis intervenit, cujus ope ſcimus multos ne laberentur retentos, nullos autem ut laberentur impulſos.

Art. 14. Quod pars illa magna Chriſtianorum, catholicorum, fidelium atq; ſanctorum, quæ ad ruinam ac perditionem prædeſtinata eſt, etiamſi petat à Deo ſanctitatis perſeverantiam, non impetrabit, eò quod mutari non poteſt divina prædeſtinatio, quæ illos præordinavit, præoptavit, præaptavit, ut caderent.

64. Ad prævaricationem legis, ad neglectum religionis, ad corruptelam diſciplinæ, ad deſertionem fidei, ad perpetrationem qualiscunq; peccati nulla eſt omnino prædeſtinatio DEI, nec fieri poteſt, ut per quem à talib. malis ſurgitur, per eũ in talia decidatur.

65. Si ergo in ſanctitate vivitur, ſi in virtute proficitur, ſi in bonis ſtudiis permanetur, manifeſtum eſt munus DEI, ſine quo nullius boni operis fructus acquiritur.

66. Si autem ab his receditur, & ad vitia atq; peccata tranſitur, nihil ibi Deus malæ tentationis immittit, & receſſurum non deſerit antequam deſerat, & facit plerumq; ne deſerat, aut etjamſi diſceſſerit, ut redeat.

67. Cur autem illum retineat, illum non retineat, nec poſsibile eſt comprehendere, nec licitum inveſtigare, cum ſcire ſufficiat, & à Deo eſſe quod ſtatur, & non eſſe à Deo quod ruitur.

Art. 15. Quod omnes illi fideles & ſancti qui ad æternam mortem prædeſtinati ſunt, poſtquam ceciderunt, ſic ab eo diſpenſentur, ne poſsint vel velint per pœnitentiam liberari.

68. Non veraciter nec ſapienter hoc dicitur. Qui enim à fide & ſanctitate exciderunt, ſicut voluntate

pro-

prolapſi ſunt, ita voluntate non ſurgunt, & dominatum concupiſcentiarum quibus ſuccubuerunt ſponte patiuntur.

69. Si qui autem captivitatem ſuam gemunt, & judicantes ſemetipſos ad miſericordiam Domini mutato corde confugiunt, non ſine ſpiritu divinæ viſitationis hoc faciunt. Hæc enim eſt mutatio dextræ excelſi, qui innumeris lapſis dat pœnitentiam, ut reſipiſcant à laqueis diaboli, à quo captivi detinebantur ad ipſius voluntatem.

70. Nemini autem Deus correctionis adimit viam, nec quenquam boni poſsibilitate diſpoliat: quia qui ſe à Deo avertit, ipſe & velle quod bonum eſt & poſſe ſibi ſuſtulit.

71. Non eſt ergo conſequens, ſicut putant qui talia objiciunt, ut DEus quibus pœnitentiam non dederit, reſipiſcentiam abſtulerit, & quos non levaverit alliſerit.

Art. 16. Quod magna pars illa fidelium atq; ſanctorum, quæ ad æternam mortem prædeſtinata eſt, quando dicit in oratione Dominica, Fiat voluntas tua, nihil aliud agit, quam contra ſe petit, id eſt, ut cadant & ruant, quia voluntas Dei eſt, ut morte æterna pereant.

72. Non hoc veritas dicit, quod hæc voluntas DEI ſit, ut fideles & ſancti à fide atq; innocentia ruant & pereant in æternum. Sed veritas dicit, Hæc
Ioh. 6. eſt voluntas ejus qui miſit me patris, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo quicquam, ſed reſuſcitem illud in noviſsimo die. Quod ergo pater filio dedit, filius omnino non perdidit. Idem enim dicit: omne quod dat mihi pater ad me veniet, & non ejiciam foràs.

73. Quod

73. Quod ſi per generalitatem vocationis, & per abundantiam bonitatis Dei etjam non perſeveraturi perſeveraturis admixti ſunt: hi cum à pietate deficiunt, non ex Dei opere, ſed ex ſua voluntate deficiunt, nec impelluntur ut cadant, nec ejiciuntur ut deſerant. Caſuri tamen & receſſuri ab eo qui falli non poteſt præſciuntur.

74. Quamdiu itaq; in oratione Dominica dicunt, Fiat voluntas tua, non hoc contra ſe petunt, quod Deus nulla ratione facturus eſt, ut cadant & ruant. Hæc enim ipſorum nequitia, ipſorum eſt conſummatura libertas.

75. Sed plane illud contra ſe petunt, quod divinæ voluntatis eſſe dubium non eſt, ut ſcilicet cum venerit filius hominis in majeſtate ſua, & ſederit ſuper thronum gloriæ ſuæ, congregentur ante eum omnes gentes, ut ſeparet eos ab invicem, alios ad dexteram, alios ſtatuens ad ſiniſtram. Et audient eum dextri dicentem: venite benedicti patris mei, poſsidete regnum paratum vobis à conſtitutione mundi. Audient & ſiniſtri: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, quem præparavit pater meus diabolo & angelis ejus.

76. Igitur qui facturi non ſunt voluntatem Dei, & petunt ut fiat voluntas Dei, in eo quod voluntate Dei faciendum eſt audiuntur, ut imitatores diaboli cum diabolo judicentur.

77. Qui enim ſpreverunt voluntatem Dei invitantem, voluntatem Dei ſentient vindicantem.

Agonum ſex ex Enchiridio Auguſtini de fide, ſpe & charitate ad Lavrentium finis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Progymnaſmatum
Theologicorum
DEO TRINUNO PROPITIO
Sanctione & authoritate Illuſtriſsimi
Schlesvic. & Holſat. Ducis
D. JOHANNIS ADOLPHI
Domini noſtri clementiſsimi
pro pijs, induſtrijs & fidelibus Sacro-
ſancti miniſterii in dictis Duca-
tibus candidatis &
membris
rationis fidei reddendæ,
pietatis exercendæ,
diligentiæ acuendæ,
ſcientiæ augendæ,
conſcientiæ ſtabiliendæ
cauſa
inſtitutorum
AGON GENERALIS XLI
quo adjuvante Chriſto
ad objecta reſpondendo ſui in
ſtudijs profectus ſpecimen
exhibebit

M. Naamannus Lavrentii vocatus ad
Paſtoratum Gaikenbyllenſem.

M DC VII.

1. Octob.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

De Conſeſſ. Aug. lege Tom. Lutheri VViteb. Germ. 9. fol. 304. Ien. Ger. Tom. 6. fol. 387. pri. 361. poſt. edit. Ien. lat. 4. fol. 191. Hiſt. Aug. Confeſſ. Chyt. Georg. Celeſt. Apol. par. 4. Ioh. Schleid. lib. 7. par. I. epiſtol. Philippi. Math. in vita Luth. an. 30. Camer. in vita Phil. à pag. 122. Hiſt. Sacrament. Lud. Lavat. ad an. 1530. Val. Eryth. par. I. & 2 Myl. in Chronol. ſcriptor. Phil. an. 30. legantur & Commẽt. in Aug. Conf.

EX CONFESSIONE AU-
GUSTANA συζήτησις
prima.

1. Confeſsionem Auguſtanam, quam Agone gene-
rali primo breviſsimè, atq; ὡς ἐν τύπῳ καὶ παρόδῳ gene-
ratim perſtrinximus, aliquanto plenius & ſpecialius
aſpirante divinâ benedictione, aliquot ſequentibu
ὁμιλίαις ἢ συμφιλολογίαις ſacris piè conſideraturi, in ini-
tiò illius ſcripti titulum expendemus, ejusq; occaſi-
one quædam ὡς προλογίζοντες præmittemus.

2. Habent igitur verba τῆς ἐπιγραφῆς hunc in mo-
dum: Confeſsio fidei exhibita invictiſsimo Imperatori Carolo quin-
to Cæſari Auguſto in Comitiis Auguſtæ Anno milleſimo quingente-
ſimo trigeſimo.

3. Continet hæc inſcriptio quandam, ut ita dicam,
confeſsionis hujus καταγραφὴν, quæ ex verbis jam po-
ſitis additâ quarundam circumſtantiarum illuſtratio-
ne, talis, παχύτερον tamen, confieri poteſt.

4. Auguſtana confeſsio eſt ſubſcriptorum, ſeu E-
clesiarum Germanicarum declaratio, conſenſus,
ſtificatio ſeu teſtimonium & profeſsio catholica
orthodoxa, de præcipuis Chriſtianæ religionis &
dei articulis in Comitiis Imperialibus Auguſtę Ann
1 5 3 0 celebratis, ex delineatione, ὑποδείγματι
concepto, ante quam iſtuc iretur, confecto, juſſu
ſuffragiis ordinum Evangelicorum, ſcripto compr-
henſa, & publicè Imperatori Carolo quinto id fi-
poſtulanti, in Ferdinandi Regis, plurimorum Elect-
rum, Principum, Epiſcoporum, Theologorum &
atq; adeo totius quaſi Europæ conſpectu exhibi
lecta, & typis in orbem anno ſequenti propagata,

depu-

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

depulſis criminationibus de piâ & unanimi ſubſcri- Vide
ptorum atq; Eccleſiarum illos ſpectantium ſententiâ Agon. Ge-
in religionis reformatæ negocio omnibus conſtaret. neral. Se-
xtum de
5. Hic vero initio quæſierit aliquis, quæ ſit ſcripto- 17. articu-
rum ejusmodi, fidei rationem verbis, ut videtur, hu- lis Luthe-
manitus conceptis exponentiū neceſsitas, cum ſuffi- ri. Tom. 9
ciant libri ſacri codicis θεόπνευστοι, ut qui perfectè & Witteb.
plenè religionis doctrinam omnem exhibent? Germ. op.
Luth. Ie-
nen. 5. fol.
14.

6. Reſp. Omnino ſancti illi Dei homines, Prophe-
tæ, Evangeliſtæ & Apoſtoli, catalogum ſcriptorum 2. Pet. 1.
omnium, qui ad ſacrum canonem pertinent, hoc eſt, Aug. E-
quorum ἀναμφισβήτητος, ſacroſancta & omni exce- piſt. 19. ad
ptione major eſt autoritas, per ſe αὐθέντης, ita abſol- Hier.
verunt & compleverunt, ut ad eum admitti ſcriptum
præterea nullum vel poſsit vel debeat.

7. At vero quandoquidem proh dolor omnibus
temporibus hæreticorum κυβείᾳ ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν Eph. 4.
μεθοδείαν τῆς πλάνης ſcripturæ detorquentur & depra- 2. Pet. 3.
vantur, ut nulli fere tam fœdi ſint errores, quin ſcri- στρεβλοῦ-
pturis variè & nefariè contortis palliare eos autores σιν.
conentur:

8. Hinc adeo piè & laudabiliter factum eſt, ut tum Clem.
Eccleſia primitiva, tum quæ illam eſt ſubſecuta, quo- Alexand.
ties neceſsitas atq; uſus poſtulavit, certis fidei ſince- Dionys.
ræ confeſsionibus ac ſymbolis, ὑγιαινόντων λόγων ὑπο- volum.
τύπωσιν expreſſerit, ad genuinum ſacrarum literarum ὑποτυ-
ſenſum συλλήβδην demonſtrandum & inculcandum, πώσ.
illibatamq; Eccleſiaſticorum dogmatum veritatem Origen.
adverſus ſeductorum corruptelas explicandam & περὶ ἀρ-
vindicandam, tum imbecilliorum animos in ſanâ do- χῶν.
ctrinâ muniendos & confirmandos. Cypr. aut
Ruffin.
enarrat.

9. Hinc partim quidem privatæ ſingulorum in Ec- Symbol.
Damaſc.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

περὶ ὀρθοδόξου πίστεως. Nazianz. lib. 4. de Theolog. Auguſt. de Eccleſ. dogmat. & all. 2. Tim. 2.

cleſia docentium, patrum videlicet orthodoxorum aut aliorum piorum, partim vero Eccleſiæ vel univerſæ vel particularis confeſsiones & ſymbola exorta, quibus à ſecus ſentientibus ſe ſuosq; ſegregarunt, καὶ τοὺς νοσοῦντας καὶ σοφῶν φαρμάκων δέοντας λόγους ſeu βεβήλους κενοφωνίας extra ſua pomeria prorſus relegarunt.

10. Hinc poſt Symbolum Apoſtolorum alia quoq; ſymbola confecta, quale eſt Nicænum ſeu Nicænoconſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe &c. Symbolum item Athanaſii. Hinc variæ τῆς πίστεως ἐκθέσεις, quæ apud Baſilium, Euſebium, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum & alibi extant.

11. Sicut igitur ſcripturas ex earundem analogiâ piè interpretari, & de ſenſu illarum vero fidelium cœtum contra τοὺς ἑτεροφρονοῦντας erudire & conſtabilire non tantum licet, ſed & neceſſarium eſt: ita Chriſtianas confeſsiones, aliasq; τῆς πίστεως ἐκθέσεις in verbo Dei fundatas ſcribere & offerre pietatis opus eſt cum primis conveniens, utile & commendandum.

Ad differ. Argent. 30. Baſil. 32. 61. Helvet. 36 Saxon 51. Witteb. 52. Gall. 59. Angl. 62. Helvet. 66. Belg. eodem. Boëm. 73.

12. Nomen accepit confeſsio hæc ab urbe Imperiali Auguſta Vindelicorum, non quod ibi primum nata ſit doctrina in hoc ſcripto comprehenſa, ſed quod iſtic loci in Comitiis Imperii celeberrimis, idq; non ſine præſentiſsimo periculo, rebus ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς (humanitus loquor) conſtitutis, exhibita fuerit.

13. Oblata autem eſt non tantum concionatorum aut Theologorum quindecim Evangelicorum nomine, ſed inprimis ampliſsimorum Imperii ordinum, (qui ipſi ſubſcriptione hoc ſunt teſtati) principum & civitatum Eccleſiarumq; Evangelii doctrinam profitentium autoritate publica, unde pro ſcripto non

priva-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

privato, ſed publico, Eccleſiaſtico & ſymbolico habendum jure meritoq; cenſebitur.

14. Nomina Subſcriptorum & Confeſſorum hæc ſunt: Johannes dux Saxoniæ Elector: Georgius Marchio Brandenburgenſis: Erneſtus dux Lunæburgenſis: Philippus Landgravius Heſſorum: Johannes Fridericus dux Saxoniæ: Franciſcus dux Lunæburgenſis: Wolffgangus princeps Anhaldinus. Tum ſenatus & magiſtratus Noribergenſis & Reutlingenſis.

15. Hi ordines initio confeſsionem hanc exhibuerunt, ad quos deinceps complures alii, & reges, & principes, & reſpublicæ, partim duranti. adhuc Comitiis, partim annis proximis & deinceps acceſſerunt, ſeq; iisdem unanimi dictæ ὁμολογίας ſubſcriptione adjunxerunt.

16. Dicti fuerunt hi, ordines ſeu ſtatus protestantium, quod nomen acceperunt in Comitiis Spirenſibus Anno 1529. ubi proteſtationem ſolennem exhibuerunt in negocio religionis, contra eam decreti partem, quæ contra conventus ſuperioris Anno 26. ibidem habiti ſententiam (ut in cauſa religionis ita ſe gerant ſinguli ordines, ut DEO & Cæſareæ Majeſtati rationem reddere poſsint) libertatem religionis Evangelicis adimere plane videbatur.

Sleid. lib. 6. Chyt. par. 2. Chron. Sax. pag. 123. Reichs-abſcheid 1529 fol. 192.

17. Vocantur iidem & reformati, eò quòd à pontificiis ſe ſejungentes fermentum deteſtabile ex Eccleſia expurgarunt, & ad præſcriptum verbi DEI ſuas Eccleſias piè conformarunt & compoſuerunt.

Sleid. ibid. Chron. Sax. pag. 73. Reichs-abſcheid 1526. fol. 176.

18. Cauſæ autem offerendæ hujus confeſsionis in procemio ad Imperatorem exponuntur.

Ἀφορμή.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

19. Scopus enim & finis principalis, in quem directa tum fuit Confeſsionis Auguſtanæ exhibitio, is erat, ut ſecundum Dei mandatum, legitimo magiſtratu requirente, ſtatus Evangelici fidei ſuæ rationem redderent, & ſe de erroribus, quorum rei agebantur, purgarent, diſtinctè atq; per capita clariſsimè oſtendentes, quæ eſſet illa doctrina, quam ſecundum Dei verbum profiterentur, rejectis cæterorum fanaticorum & hæreticorum veterum & recentium ἑτεροδιδασκαλίαις.

Tom. I. Oper. Philip. in præfatione. Parte prima Epiſtol. Philippi paſsim. Præfat. Corporis doctrin. latini & German. Tom. 5. declam. Phil. fol. 95. de actis inter Car. Imp. & Clem. 7. Bononiæ.

20. Qua de re ſic D. Philippus: Ne ipſe quidem Carolus Imperator initio ſine Synodi judicio & ſine cognitione delere doctrinam Lutheri & Eccleſias noſtras voluit, cum quidem multi eſſent incitatores ad illa Herodiana conſilia. Sed cum videret multos manifeſtos abuſus, ut leni vocabulo quidam tetros idolorum cultus nominant, juſtè taxari, & emendationem expeteret, diu & conſtanter poſtulavit indici Synodum. Hæc cum ejus voluntas eſſet, rediens in Germaniam Anno 1530 Principes Auguſtam vocavit, ibiq; confeſsionem doctrinæ juſsit exhiberi. Quod eo narrandum eſt, quia neceſſe eſt poſteritatem ſcire, confeſsionem noſtram nec privato conſilio ſcriptam eſſe, nec obtruſam Carolo non poſcenti: ſed aut aliqua confeſsio exhibenda fuit, aut diſsimulatione oſtendenda deſertio ejus doctrinæ, quæ jam recepta erat, ut & fuerunt tunc aliqui, qui confeſsionis pericula vitare maluerunt. Alii vero principes & gubernatores, quorum nomina aſſcripta ſunt confeſsioni, ut oſtenderent, ſe non curioſitate, non injuſta ulla cupiditate, ſed propter gloriam DEI & ſuam & multorũ ſalutem amplexos eſſe puriorem doctrinam,

ctrinam, cenſuerunt exhibendam eſſe confeſsionem.
Urgebant etjam noſtros maledici libri, qui ipſo conventus tempore ab adverſariis ſpargebantur, ut Caroli animus exaſperaretur, in quibus multa falſa crimina noſtris objiciebantur, nec diſcernebantur Eccleſiæ noſtræ à colluvie Anabaptiſtica & aliis erroribus, qui paſsim ut fit motis rebus fanaticos furores circumferebant. Adverſus has perniciosas criminationes neceſſe fuit opponere refutationem. *Hiſtor. Confeſs. Augus. Chytr. fol. 36.*

21. Qui idem de modo, ut ſic dicam, conſcriptionis in eadem præfatione ita ſcribit: Congeſsi ſimplici ſtudio capita confeſsionis quæ extat, complexus pene ſummam doctrinæ Eccleſiarum noſtrarum, & ut Imperatori reſponderetur, & ut falſa crimina depellerentur. Ac nihil mihi ſumpſi. Præſentibus principibus & aliis gubernatoribus & concionatoribus diſputatum eſt ordine de ſingulis ſententiis. Miſſa eſt deinde & Luthero tota forma confeſsionis, qui principibus ſcripſit, ſe hanc confeſsionem & legiſſe & probare. Hæc ita acta eſſe, principes & alii honeſti & docti viri adhuc ſuperſtites meminerunt. *Tom. 1. Op. Phil. Et in præfat. corp. doct. latin. & German. Confeſs. Erhard. Snepff. an. 1555. Phil. in epiſtolis. Is Electoris mandato Coburgi ad fines Franconiæ ſubſtiterat.*

22. Duæ autem ſunt confeſsionis hujus partes, quas ceu corpus integrum perpetuo περὶ ὀμμάτων habere convenit. In priore præcipui fidei articuli exponuntur. Poſterior de abuſibus mutatis agit.

23. Articuli, qui ipſa dogmata Eccleſiaſtica tractant, ſunt viginti & unus hoc ordine propoſiti. 1. de unitate eſſentiæ divinæ & tribus perſonis. 2. de peccato originis. 3. de perſona & duabus naturis Chriſti. 4. de juſtificatione. 5. de miniſterio Evangelii & Sacramentorum. 6. de bonis operibus. 7. de Eccleſia vera & ejus unitate. 8. de hypocritis & malis Eccle- *Poſſunt hæc omnia vel ad quinque Catechiſmi partes, inprimis quoque ad Symboli*

Apoſtolici articulos reduci, vel contractius πρὸς τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα referri aut ad 10. locos Cat. Chyt.

ſiæ admiſtis, ſacerdotumq; malorum miniſterio. 9. de baptiſmo. 10. de cœna Domini. 11. de confeſsione. 12. de pœnitentia. 13. de uſu Sacramentorum. 14. de ordine Eccleſiaſtico. 15. de ritibus Eccleſiaſticis & traditionibus humanis in Eccleſia. 16. de rebus politicis & civilibus. 17. de extremo judicio. 18. de libero arbitrio. 19. de cauſa peccati. 20. de falſa noſtrorum accuſatione ſeu κατηγορία propter bona opera. 21. de cultu & invocatione ſanctorum.

24. Partis poſterioris de abuſibus mutatis tituli ſunt ſeptem. 1. de utraq; ſpecie in cœna Dominica. 2. de ſacerdotum conjugio. 3. de Miſſa. 4. de confesſione. 5. de diſcrimine ciborum. 6. de votis monaſticis. 7. de poteſtate Eccleſiaſtica.

In ſingulis ἡ τῆς θέσεως κατασκευὴ καὶ τῆς ἀντιθέσεως ἀνασκευὴ attendenda.

25. Quoad μέθοδον διδασκαλίας, in articulis non tantum veræ ſententiæ theſis ſeu κατάφασις affirmativè proponitur, ſed etjam utplurimum ἀναίρεσις, ἀπόφασις ſeu antitheſis adverſus errores adjicitur, ut ita in conſpectu ſit ſuccinctus ſanorum & falſorum dogmatum elenchus & index.

26. Ad quæſtionem de autoritate confeſsionis Auguſtanæ breviter reſponderi poteſt, minimè eam ceu αὐτόπιστον ſcriptis biblicis exæquari, ſed eſſe ſcriptum publicum ſeu ſymbolicum Eccleſiarū noſtrarum, codici tamen biblico ὁμόψηφον, quo vera ſacræ ſcripturæ ſententia de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus rectè exponitur, & ſana verborum forma docentibus & diſcentibus, quibus à ſecus ſentientibus ſecernantur, præſcribitur.

27. Quod autem dicti ordines, qui à Pontificiorum erroribus diſceſſerunt, una cum Eccleſiis & Theologis ſuis, eo quo dictum eſt loco eam conſtan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

ſtanter habuerint, & ſemper ortis controverſiis, & aliàs, ubi de religionis negocio quæſtio incidit, ad hoc Homologeticon ceu ſymbolū publicum & communem teſſeram ſe retulerint, teſtimoniis publicis ſic ſatis multis conſtat, ex quibus pauca aſſcribi operæ eſt precium.

28. In Formula Concordiæ Anno 1536 diſerrè fatentur ſubſcriptores omnes, ſe juxta Confeſsionem & Apologiam Principum Evangelium profitentium in omnibus articulis ſentire & docere velle, ac quicquid iſti doctrinæ adverſatur, ut noxium errorem habere, & è mentibus hominum pro viribus depellere.

Vide Agon. General. 7. & multiplices iſtorum articulorum deſcriptiones.

29. Anno 1537 in conventu Smalcaldenſi de mandato illuſtriſsimorum principum & ordinum ac civitatum Evangelii doctrinam profitentium, relegerunt Theologi & concionatores articulos confeſsionis exhibitæ Imperatori in conventu Auguſtano, & omnes conſentientes profeſsi ſunt ſe DEI beneficio juxta Articulos confeſsionis & Apologiæ ſentire & docere in ſuis Eccleſiis.

Sleid. lib. II. Tom. Ien. Germ 6. fol. 590.

30. In reſponſione principum & ſtatuum conjunctorum Auguſtanæ confeſsionis de libro exhibito Imperatori Carolo in conventu Ratisbonenſi Anno 1541. Ac ne cui dubium ſit, quod doctrinæ genus in univerſum in Eccleſiis noſtris tradatur, iterum teſtamur, nos amplecti confeſsionem Auguſtæ exhibitam Cæſa. M. V. & Apologiam quæ addita eſt, nec dubitamus hanc doctrinam verè eſſe conſenſum catholicæ Eccleſiæ Chriſti, qui traditus eſt in Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis, & firma teſtimonia habet Apoſtolicæ Eccleſiæ ac eruditorum patrum. Et in

Tom. 4. Operum Philippi. pag. 752. Editione German. Witteb. 1542. in 4. fol. 114.

has

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

hac fide & agnitione Chriſti ſemper Deum invocabimus & celebrabimus cum catholica ipſius Eccleſia.

Tom. eod. Pag. 772. 779. 780. Fuit in hoc colloquio art. 10. ſecundum τὸ πρωτότυπον repetitus.

31. In ſcripto cui Titulus: Cauſæ quare & amplexæ ſint, & retinendam ducant doctrinam, quam profitentur Eccleſiæ, quæ confeſsionem Auguſtæ exhibitam Imperatori ſequuntur, & quare iniquis judicibus collectis in Synodo Tridentina, ut vocant, non ſit adſentiendum: diu diſputata re & deliberata cum eruditis & piis, hoc doctrinæ genus, quod unum diligenter conſideratis fontibus, id eſt, ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, & collata omni antiquitate, videmus eſſe perpetuum conſenſum catholicæ Eccleſiæ Dei, hoc eſt, omnium eruditorum & piorum, qui fuerunt omnibus ſeculis in Eccleſia Dei, quod quidem in ſymbolis, Apoſtolico, Niceno & Athanaſiano breviter comprehenſum eſt, & probatiſsimorum ſcriptorum poſt Apoſtolos teſtimonia habet, propter gloriam Dei & ſalutem noſtram amplexi ſumus. Scimus non eſſe gignendas novas opiniones de Deo, ut audaciſsimè fecerunt cultores idolorum, & Philoſophi, & multi phanatici homines. Sed reverenter tuenda eſt unica doctrina, in qua Deus ipſe illuſtribus teſtimoniis ſe patefecit. Ideo nullam novam opinionem proponi in Eccleſiis noſtris paſsi ſumus. Sed veterem, veram & unicam Eccleſiæ Dei doctrinam incorruptam profitemur. Ac ut ſciri poſsit, quænam illa ſit, extat confeſsio noſtra Auguſtæ exhibita, quæ ſummam breviter continet, quam quidem congruere ad Symbola, Apoſtolicum, Nicenum & Athanaſianum, & ad perpetuam ſententiam probatiſsimorum ſcriptorum, qui in Eccleſia poſt Apoſtolos fuerunt, non dubium eſt, ſi modò dextrè & non calu-

mnioſè

mnioſè de ſcriptoribus illis judicetur. Et quicunq; erunt eventus, Deo æterno Patri Domini noſtri Jeſu Chriſti gratias agimus pro hac Evangelij luce, quæ monſtrat veram invocationem Dei, & firmam conſolationem animorum, et normam vitę, quæ res omnibus inter ſumma bona ducendæ ſunt.

32. In reſponſione proteſtantium ad præfationem Præſidentis in Colloquio Wormatienſi Anno 1557. Ne autē vagari opinionibus exiſtimemur, nunc quoq; expreſsè teſtamur, nos pio & firmo conſenſu amplecti ſcripta Prophetica & Apoſtolica, & quidem in hac ipſâ ſententiâ, quam comprehendunt ſymbola, Apoſtolicum, Nicenum & Athanaſianum, eamq; doctrinam adfirmamus comprehenſam eſſe in confeſsione Eccleſiarum noſtrarum, quæ exhibita eſt Imperatori Carolo quinto in conventu Auguſtano Anno 1530. Hanc confeſsionem fatemur nos omnes pio conſenſu amplecti, & ab ea nec diſceſsimus, nec diſceſſuri ſumus. Rejicimus etjam errores et ſectas pugnantes cum illâ confeſsione, cum veteres, tum recentes. Tom. eod Pag. 789. Vide in Corp. Doct. Lat. admonit. ad lectores.

33. Et proteſtatione ibidem oblatâ: Quia neceſſe eſt oſtendi quid profiteamur, hoc in ſummâ præfari voluimus, nos pio conſenſu amplecti ſcripta Prophetica & Apoſtolica, & quidem in hac ipſâ ſententiâ, quam comprehendunt ſymbola, Apoſtolicum, Nicęnum & Athanaſianum, eamq; doctrinam adfirmamus comprehenſam eſſe in confeſsione Eccleſiarum noſtrarum, quæ exhibita eſt Imperatori Carolo quinto in conventu Auguſtano Anno 1530. Hanc confeſsionem fatemur nos omnes pio conſenſu amplecti, & ab ea nec diſceſsimus, nec diſceſſuri ſumus. Quod ideo præfari voluimus, ut notum ſit omnibus, quid Pag. 803.

certò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

certò profiteamur, ſicut in Eccleſiâ debet extare certum & perſpicuum genus doctrinæ. Rejicimus etjam errores & ſectas pugnantes cum illâ confeſsione, cum veteres, tum recentes.

Pag.807. Tom.eod. de actis Colloquii Ratisbon. Anno 1541.

34. Et in Formulâ concordiæ Anno 1541. de controverſis articulis: Deo juvante pium conſenſum in Eccleſijs noſtris omnibus fideliter tueri volumus, juxta Confeſsionem Auguſtæ exhibitam & Apologiam, & articulos à Luthero ſcriptos, quibus additæ ſunt ſubſcriptiones in conventu Smalcaldenſi. Nec recepturi ſumus ulla dogmata pugnantia cum eâ doctrinâ. Teſtamur enim Deum, nos nunquam voluiſſe diſcedere à doctrinâ Propheticâ & Apoſtolicâ, & à ſymbolis, & à veteri conſenſu purioris Eccleſiæ Catholicæ, & tantum ſublatis idolis & erroribus quæſiviſſe & quærere veritatem, ut nos et alij Deum in agnitione & fiduciâ Filij rectè invocemus, & ſimus veræ Eccleſiæ Dei membra, & cives in totâ æternitate. Oſtendunt etjam noſtra confeſsio & conſentiens vox Eccleſiarum noſtrarum, nos expreſſè damnare omnes fanaticos furores veteres & recentes, pugnantes cum Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis & ſymbolis. Nec dubitamus doctrinam confeſsionis noſtræ veram & veterem Eccleſiæ Dei catholicæ ſententiam eſſe. Eſt etjam curæ nobis, ut publicum miniſterium docendi Evangelij, & adminiſtrandi Sacramenta piè conſervetur, & non fiant congreſſus clam aut privatim, ad faciendas dilacerationes aut ſerendas pernicioſas opiniones. Cum autem extent in confeſsione noſtrâ adſeverationes de ſingulis articulis, ex his intelligi poteſt, rejici à nobis opiniones cum illis adſeverationibus pugnantes.

35. Ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-505 4° 2051